Google

1 : 100 C1

LONGI

PASTORALIA

DE

DAPHNIDE ET CHLOE.

Digitized by Google


Digitized by Google

3.3.100

ΛΌΓΓΟΥ
ΠΟΙΜΕΝΙΚΩ͂Ν,
ΤΩ͂Ν ΚΑΤᾺ
ΔΆΦΝΙΝ ΚΑῚ ΧΛΌΗΝ,
ΒΊΒΛΟΙ ΤΈΤΤΑΡΕΣ.

LONGI
PASTORALIUM
DE DAPHNIDE ET CHLOE,
LIBRI QUATUOR.

Ex recenſione & cum Animadverſionibus JOHAN.-BAPTISTÆ CASPARIS D'ANSSE DE VILLOISON, Regiæ Inſcriptionum Academiæ Pariſ. Regiæ Lond. nec non & Antiquariæ, Regiæ Berolinenſis, Gotting. Manhem. Upſal. Matrit. Maſſil. Corton. Romæ, &c. Societatum Socii.



EXCUDEBAT FRANC. AMBR. DIDOT

PARISIIS,

Sumptibus GUILL. DE BURE natu majoris, Bibliopolæ,

M. DCC. LXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

CELSISSIMO AC SERENISSIMO

PRINCIPI,

CAROLO AUGUSTO,

DUCI REGNANTI

SAXO-VINARIENSI ET ISENACENSI.

CELSISSIME AC SERENISSIME DUX,

LONGI Paſtoralia Paſtori populorum, ut rectè Principes tuî ſimiles vocat Homerus, ſimplices ruris imagines, modeſtas Naturæ ſublimis delicias, amœna ridentis Lesbi vireta, & aſpera ſeveræ Critices dumeta, offero Principi magno & ſimplici,

qui nihil aliud amat niſi veram gloriam, virtutem, eruditionem, ſubditos ſuos, Naturam, & rus, Naturæ ſacrarium; qui ſuam aulam, ſuam fugere amat dignitatem, & Celſitudinis ſuæ onus excutit, vel ſic celſior & regnante major aſſurgens, ut, totus ſibi redditus, in placido ruris ſinu, ad lene caput aquæ, non obſtrepente Adulatorum ſuſurro, ſe ipſum, Naturam, Amicitiam, Veritatem & Hiſtoriam interroget; qui non ſolùm literas fovet, ſed etiam ipſe eas colit, memor ſapientiſſimi illius dicti quod ſummus Pontifex in Capitolio inſidens, ſolebat uſurpare: Literas ſcilicet in plebeiis quidem hominibus argentum, in generoſis ac nobilibus viris aurum, ſed in Principibus veluti gemmas lucere, quorum fulgore accendatur purpura, illuminetur corona. Enim vero, CELSISSIME DUX, ſolus ille Princeps ſupra illorum vulgus Regum, quos ſola, dum vivebant, fecere Deos fulmina & timor, caput attollere poteſt, qui poſt ſe venientem & futuram Judicum ac terræ Deorum Judicem proſpicit Hiſtoriam; qui Regum Reginam veretur Famam, & ſacros Famæ Interpretes ac Nuncios amat & æſtimat viros verè

doctos ; qui perſpectum habet eos fulgere veluti totidem ſoles, quorum amico lumine foveatur & colluſtretur ille terrarum orbis cujus Principes præſentia ſunt Numina ; qui traditam quidem ab avis potentiam & auctoritatem accipit, ſed clementiam & benignitatem à ſuperis mutuatur, & e cœlo in terras devocat ſibi ſubjectas ; qui affabilis. . . . . Sed quò me incautum abripuit impetus & admiratio ? Ignoſce, Princeps Sereniſſime, ignoſce. Sentio me invitum ac imprudentem rudi penicillo tuam adumbraſſe imaginem, quæ ſemper in animo meo inhæret, ſicque tuam violaſſe modeſtiam. Verùm, quod pace tuâ dixerim, non me, ſed te ipſum, Celſiſſime Dux, accuſa, tibique ipſe hoc imputa. Ea eſt ſors tua, ut optimi Principis & imperii effigiem ita exprimere nemo poſſit, quin & ſimul tuam repræſentet. Cùm autem non præconiis, quorum nullum eſſet te ſatis dignum, non laudibus, quas tàm ſollicitè fugis quàm mereris, ſed ſilentio tantas tuas virtutes celebrandas eſſe ſciam, nullum ampliùs de juſto imperio, ne de tuo loquar, verbum addam : conticebo ; mutus, orbis tuas laudes prædicantis vocem audiam ;

& te ſupplex orabo atque obſecrabo, ut pro tuâ erga me mihi perſpectiſſimâ benevolentiâ, imò ferè amicitiam dicere auſus fuiſſem, ſi privatum hominem ita loqui fas eſſet (hoc enim honorificentiſſimo nomine tuam in me indulgentiam, ac meum obſequium & cultum, humaniſſimè vocare dignaris), benignè accipere velis exiguum illud pignus devotiſſimæ mentis atque ſubmiſſæ venerationis & obſervantiæ quâ te ardentiſſimè colit,

SERENISSIME DUX,

TUÆ CELSITUDINIS

Humillimus & obſequentiſſimus
ſervus
D'ANSSE DE VILLOISON.

Digitized by Google

PROLEGOMENA.

Offero tibi, Lector erudite, Longi textum ferè novum, & diligentiſſimâ octo Codicum ac ſeptem Editionum collatione, noſtris qualibuscumque, & multò præſtantioribus doctiſſimorum virorum conjecturis & animadverſionibus, ſeu hactenùs ineditis, ut Clariſſimor. Valckenærii, Wyttenbachii, Hermanni Tollii, Hinlopen, Larcherii, Huetii &c. ſeu jàm editis, ſed plerisque per varios diſperſis libros, ut Clariſſimorum Abreſchii, Alberti, Bernardi, Bergleri, Bodeni, Columbanii, D'Arnaudi, D'Orvillii, Dutens, Elſneri, Danielis Heinſii, Hemſterhuſii, Heuſingeri, Jungermani, Koënii, Lennepii, Marklandi, Mollii, Mureti, prioris Editoris Pariſienſis, Reiskii, J. F. Reitzii, Ruhnkenii, Rhodomani, Toupii, Urſini, Victorii, Warton, Weſſelingii, &c. ſedulâ fontium quibus hortulos ſuos irrigavit Longus inveſtigatione, perpetuâ locorum ſimilium, & imitatione expreſſorum, comparatione, rituum veterum, venerum Atticarum, & verborum proprietatis expoſitione, accurato variarum & lectionum & interpretationum & obſervationum delectu, infinitis in locis illuſtratum atque emendatum. Eò autem libentiùs novam Longi, toties recuſi, Editionem ſuſcepimus, quòd hujusce dulciſſimi ac ſuaviſſimi Scriptoris liber & lectu

ſit digniſſimus, ut ait Muretus, Var. Lect. L. IX, c. 16, & hùc usque depravatus ac corruptus, multis ſcatuerit mendis, quæ ſine manuſcriptorum librorum ope, à duobus poſtremis Editoribus, viris longè doctiſſimis mihique amiciſſimis, quorum ſummam eruditionem veneror, tolli non poterant; cùm prætereà illis, qui, ut Codicum, ſic notarum adhuc ineditarum ſubſidio deſtituti eſſent, quique majoribus intenti, & ad graviora ſuoque feliciſſimo ingenio digniora, feſtinantes tranſvolarent, libellos criticos evolvere, & ex iis ea quæ ad Longum pertinent excerpere, fontes è quibus ſuos rivulos duxerit Longus conſectari & indicare, & quidquid conferre potuiſſent, è reconditæ ſuæ doctrinæ theſauris depromere, non vacaverit.

Non ſolus autem politiſſimus Muretus Longi, quo ne Athenas quidem ipſas magis credo fuiſſe Atticas, & cujus ſermonem ipſæ Gratiæ videntur finxiſſe, veneres prædicavit; ſed etiam multi alii elegantiſſimi viri, peritiſſimi elegantiæ arbitri & æſtimatores, in hoc conſenſere. Sic Politianus, Miſcellan. L. I, c. 2, quatuor extare Græcè dicit nimis quàm libellos elegantes Pœmenicῶn titulo; ut Joſephus Scaligerus, qui à Jungermano in Præfatione laudatus, hunc Auctorem amœniſſimum eſſe dicit, ejusque χαρακτῆρα eò meliorem, quò ſimpliciorem & ἀνεπιτηδευτότερον; ut ibidem Daniel

Heinſius Longo nihil ſimplicius, venuſtius nihil eſſe affirmat, eumque, p. 198 Ed. Jungerman. cum Kœnio ad Gregor. de Dialectis, p. 7 & 196, ſuaviſſimum vocat; ut venuſtiſſimum Lennepius, Animadverſ. ad Coluthum, L. I, c. 12, p. 57 : ſic ſummus Hemſterhuſ. Miſcellan. Obſervat. vol. III, tom. III, p. 402, Xenophontem Epheſium, ejusque, ut ait, ſtyli inaffectati ſimplicitatem quamdam naturalem laudibus extollens, eum ad Longi colorem ſcribendi, & articulos orationis interciſos, propè accedere contendit. Unum adjiciam graviſſimum viri ſummi nobisque amiciſſimi, Davidis Ruhnkenii judicium, qui in literis ad me datis, 1 Jun. ann. 1776, hæc ſcribit : » multùm delector tuo Longi expoliendi inſtituto. Qui Scriptor cur Sophiſta appelletur, » neſcio : certè tantùm abeſt ut ejus ſtylus ſit ſophiſticus, ut contrà ſpiret nativam & venuſtam » ſimplicitatem ». Enimverò Longus primùm à Jungermano ſalutatus eſt Sophiſta; qui editor, quamvis in nullos hujusce Scriptoris Codices * incidiſſet, de ſuo tamen dedit, & in ſuæ Editionis fronte appoſuit, Λόγγου ΣΟΦΙΣΤΟΥ; quem ΣΟΦΙΣΤΟΥ titulum

* Minùs accuratè de noſtro Cl. Fabricius, Bibliothecæ Græcæ vol. VI, L. V, c. 6, art. 8, p. 813 : « Longus . . . « vix cuiquam veterum memoratus, in Jungermani Codice « vocatur ΣΟΦΙΣΤΟΥ ». Nulli enim veterum memoratus fuit Longus, nec ullum ejus Codicem inſpexit, aut habuit, Jungerman.

hinc in omnes poſteriores Editiones, imò & in hanc noſtram, receptum fuiſſe nollem; cùm rectè à primâ omnium Juntinâ, à ſecundâ Commelinianâ, & à tribus Codicibus Regiis abſit.

Quiſnam autem fuerit Longus ille, de quo nihil prodiderunt veteres, ſed quem recentiores tantoperè laudaverunt, ut ait Columbanius, paginâ 79, cujusque nomen originem Latinam indicat, non magis ſtatuere poſſumus, quàm ſeculum quo vixerit aſſignare, vel ſaltem conjecturâ aſſequi. Pariter enim ſecundo circiter, aut quarto, vel etiam quolibet alio floruiſſe ſeculo, videri poteſt. Nam cùm Scriptor ille puriſſimus, veteris ſimplicitatis & intercifæ orationis, ac elegantiæ Atticæ ſtudioſiſſimus & feliciſſimus imitator, veteres ſemper ob oculos habuerit, ſemper eos expreſſerit, in ſuum ſuccum & ſanguinem converterit, hoc pariter ſecundo, quarto, & quolibet alio ſeculo fieri potuit ab homine qui veluti concoctus & ſubactus fuerit in veterum lectione, non illâ quidem crudâ, ſed quæ multâ iteratione mollita & confecta memoriæ imitationique traderetur. Quemadmodùm autem naturâ fit ut qui in ſole, quolibet ſeculo, vel quâlibet regione, ambulat, is coloretur: ſic qui veteres libros frequentiùs quolibet ſeculo verſat, & in veterum monumentis veluti habitat, ſentit orationem ſuam illorum tactu quaſi colorari; nec

proindè illius antiquitas indè colligenda eſt, quòd ejus ſtylus ad veterum dicendi colorem proximè accedat. Nam, exempli gratiâ, ſi memoriæ ac literis proditum non fuiſſet, quo ſeculo Muretus, Bembus, Vida, &c. floruerint, quis poſt mille annos certò ſtatuere poſſet eos decimo-ſexto potiùs, quàm decimo-octavo ſeculo, tam feliciter antiqua illa Ciceronis & Virgilii exemplaria imitando expreſſiſſe? Poſteriores autem Scriptores Græci illos veteres Homerum, Platonem, Demoſthenem, Thucydidem, &c. à quibus quanti ſunt, magnâ ex parte facti ſunt, eodem prorsùs modo imitabantur, quo Ciceronem & Virgilium, &c. non ſolùm Muretus, Bembus, Vida, &c. ſed etiam alii multi qui, poſt renatas literas, Ciceroniani dici & haberi volebant, quique interdùm Tullium & Maronem non tàm exprimebant, quàm deſcribebant. Undè perpetuâ illâ veterum lectione & imitatione factum eſt, ut poſteriorum Scriptorum Græcorum, quibus ſuus non erat ſcribendi color, non proprius orationis aſpectus & facies, non propriæ dicendi formæ figuræque, ſed qui alienas effingere, & veluti ex ore imaginem exprimere conabantur, ætas vix ac ne vix quidem dignoſci & aſſignari poſſit; cùm hoc unico diſcrimine diſcernantur ea omnia opera quæ diverſi Scriptores iiſdem veterum ſcriptis quàm ſimillima reddere voluerunt, quòd

his, aut illis, meliùs, aut ſecùs, veteres effingentibus, feliciùs, aut infeliciùs, imitationem ceſſiſſe deprehendimus : & hoc quidem non tàm ex Scriptorum ætate & ſeculo, quàm ex illorum ingenio & judicio aptum & ſuſpenſum erat. Fruſtrà igitur Cl. Fabricio in Bibliothecâ Græcâ, vol. VI, L. V, c. 6, art. 8, p. 813, Longus poſt Heliodorum ſcripſiſſe videtur, eumque locis quibuſdam imitatus eſſe. Nam quis Cl. Fabricio declaravit Heliodorum potiùs à Longo, quàm Longum ab Heliodoro expreſſum fuiſſe ? cùm præſertim omnes Græci Scriptores Erotici, quorum omnium unum ferè eſt genus, ex iiſdem fontibus hauſiſſe videantur. Sic in alio genere, quis, niſi ab Hiſtoricis edoctus, Longinum Dionyſio Halicarnaſſenſi & Quintiliano, quorum multa ſimilia habet, priorem eſſe, aut poſteriorem, ex ſolo dicendi genere & colore, abſque ullis aliis indiciis colligere potuiſſet ? Magnâ autem cum licentiâ priorum Auctorum Græcorum & Latinorum opera imitari ſolebant, imò interdùm quaſdam eorum particulas ſibi aſſumebant poſteriores Scriptores ; quod Longinum cum Dionyſio Halicarnaſſenſi & Quintiliano, Plinium cum Dioſcoride, Livium cum Polybio, Appianum cum Plutarcho, &c. &c. comparanti facilè patebit.

Egregiè, ut ſemper, ſummus ille Ruhnkenius in doctiſſimâ ſuâ Timæi præfatione : « Vix quisquam

» (poſteriorum Scriptorum) poſt heroica illa tem-» pora ad ſcribendum acceſſit, quin ſe totum ad » aliquem antiquiorum, qui omnium conſenſu in-» genii ac doctrinæ principatum obtinerent, expri-» mendum imitandumque daret. Quemcumque ve-» rò ſibi elegiſſet, ejus non ſolùm orationis habitum » formulaſque loquendi, ſed ſententias etiam & » benè dicta acerrimo conſectabatur ſtudio, in ſuc-» cumque, quod aiunt, & ſanguinem vertebat. Sed » ex illis heroibus quatuor imprimis poſterior ætas » & admirata eſt & ſtudioſè effinxit, Homerum, » Thucydidem, Platonem & Demoſthenem. (Quibus addo Euripidem, Herodotum et Xenophontem). » Ab Homero quidem quot lumina ſententiarum » dicendique colores reliqui Scriptores ſumpſerint, » nihil attinet dicere. Sed ejus imitationem ut vel » tiro deprehendat, ſic cæterorum, quos dixi, ne » eruditiſſimus quidem, niſi diù multùmque in il-» lorum ſcriptis ſit volutatus. Horum benè cogitata » & benè dicta ſi quis ita, ut digitos ſuos, norit, » & in numerato habuerit, illum aio infinitis vete-» rum Scriptorum locis, vel depravatis adhùc poſſe » mederi, vel lucem reddere parùm intellectis ». Cætera ibidem vide apud hunc Clariſſimum virum utiliter & verè monentem, unius Platonis ope, qui quò magis cæteros ingenio ſcriptorumque varietate vicit, eò plures, etiam præ Thucydide & De-

moſthene, nactus eſt imitatores, & ex quo maximè profecerunt omnes qui lautius quoddam dicendi genus ſecuti ſunt, & præſertim Sophiſtæ, Themiſtium & Syneſium, poſt Petavii etiam curas, Philoſtratum, Dionem Chryſoſtomum, Plutarchum, Maximum Tyrium, Julianum, &c. &c. quibus adde omnes poſteriores Scriptores & ipſos Patres eccleſiaſticos, ac præſertim S. Chryſoſtomum, S. Baſilium, S. Gregor. Nazianz. &c. &c. paſſim & ſanari poſſe & explicari.

Nec tamen illi poſteriores Græci Scriptores uni Auctori, quem per omnia ſequerentur, ita ſe propriè addixerunt, ut non etiam, apicularum more, ſuccos ex omnibus omnium aliorum floribus delibatos conficerent, δρέποντες κορυφὰν ἀρετᾶν ἀπὸ πασᾶν, plurium bona ante oculos ſibi ponerent, & quod in uno quoque optimum erat, in ſuum uſum converterent; ſed cùm illis, quorum ars penè tota imitatione conſtabat, ea laus ferè ſola relicta fuiſſe videretur *, ut quæ à priſcis Hiſtoricis, Oratoribus, Philoſophis & Poëtis occupata fuerant egregiè dicta & cogitata, ea imitando facerent ſua, omnes pulchritudinum ſpecies, quæ in omnium veterum ſcriptis inſident,

---

* Sic inimitabilis ille veterum imitator Fontanius in notâ quam decimæ ſextæ libri primi Fabulæ ſubjecit: « nous ne ſau« rions aller plus avant que les Anciens: ils ne nous ont laiſſé « pour notre part, que la gloire de les bien ſuivre ».

avidè intuentes in iiſque defixi, ad illarum ſimilitudinem ſe ſuaque omnia exigebant, ſicque veterum humeris innixi, ad ſublime dicendi genus aſſurgebant, ut inquit Longinus omninò videndus, ſect. 13, p. 35 & ſeqq. aureæ Edit. ſummi Toupii, ubi ad hunc ſcopum ſemper noſtram mentem intendendam eſſe monet, & hanc imitationis viam nobis commonſtrat, in quâ non ſolùm Herodoti impreſſa ſunt veſtigia, ſed etiam Steſichori, Archilochi, & præſertim Platonis, qui, cum Æſchylo & Sophocle, &c. maximè Homerum ſunt imitati: ἄλλη τις ὁδὸς ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ τείνει. Ποία δὲ καὶ τίς αὕτη; Ἡ τῶν ἔμπροσθεν μεγάλων συγγραφέων καὶ ποιητῶν μίμησίς τε καὶ ζήλωσις. Καὶ τούτου γε, φίλτατε, ἀπρὶξ ἐχώμεθα τοῦ σκοποῦ....... Μόνος Ἡρόδοτος ὁμηρικώτατος ἐγένετο; Στησίχορος ἔτι πρότερον, ὅ, τε Ἀρχίλοχος, πάντων δὲ τούτων μάλιστα ὁ Πλάτων, ἀπὸ τοῦ Ὁμηρικοῦ ἐκείνου νάματος εἰς αὑτὸν μυρίας ὅσας παρατροπὰς ἀποχετευσάμενος. Καὶ ἴσως ἡμῖν ἀποδείξεων ἔδει, εἰ μὴ τὰ ἐπ' εἴδους καὶ οἱ περὶ Ἀμμώνιον ἐκλέξαντες ἀνέγραψαν. Nec hoc, inquit idem ibidem Longinus, pro furto habendum: ἔστι δ' οὐ κλοπὴ τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ὡς ἀπὸ καλῶν ἠθῶν, ἢ πλασμάτων, ἢ δημιουργημάτων ἀποτύπωσις.

Sic Demoſthenes non ſolùm Thucydidem imitando expreſſit, ſed etiam Platonem; quod minùs notum eòque magis obſervandum eſt. Tullius de

claris Oratoribus, n°. 31: lectitaviſſe Platonem ſtudiosè, audiviſſe etiam Demoſthenes dicitur; idque apparet in genere & granditate verborum. Dicit etiam in quâdam epiſtolâ hoc ipſe de ſeſe. Imò Antonius apud Ciceronem de Oratore, Libro II, n°. 22, vel antiquiſſimis omnium Oratoribus, Pericli, Alcibiadi, Thucydidi, ſemper aliquod obverſatum fuiſſe exemplar, quod intuerentur, imitandoque effingerent, ſic probat: antiquiſſimi ferè ſunt, quorum quidem ſcripta conſtent, Pericles atque Alcibiades,& eâdem ætate Thucydides, ſubtiles, acuti, breves, ſententiis magis quàm verbis abundantes. Non potuiſſet, inquit, accidere, ut unum eſſet omnium genus, niſi aliquem ſibi proponerent ad imitandum. Pariter non dubito quin priores Auctores quorum ſcripta perierunt, imitatus fuerit & ille Homerus, quem poſteà nemo non imitatus, nullus aſſecutus eſt. Sed, ut Nili, ſic hujusce uberrimi & perennis fontis, qui omnium poſteriorum Scriptorum ingenia fœcundavit, & à quo, ut ille ait,

Vatum Pieriis ora rigantur aquis,

originem cognoſcere nobis negatum eſt; & de hoc celeberrimo Poëtâ, cujus vel ipſa latet patria (quamvis ut Jovis tumulum Creta mendax, ſic illius Poëtarum Dei incunabula ſeptem urbes oſtentaverint), idem verè exclamare poſſumus quod de fœcundo illo Ægypti flumine Lucanus, Lib. X, verſ. 294:

Digitized by Google

Et te terrarum neſcit cui debeat orbis.
Arcanum Natura caput non prodidit ulli;
Nec licuit populis parvum te, Nile, videre;
Amovitque ſinus, & gentes maluit ortus
Mirari quàm noſſe tuos. . . ſolique vagari
Conceſſum per utroſque polos.

Quemadmodùm autem vel priſci illi heroes, Herodotus, Thucydides, Plato, Demoſthenes, Archilochus, Steſichorus, Æſchylus, Sophocles, &c. antiquiorum, ut Homeri, &c. opera imitati fuerant: ſic & ipſi quoque poſteriorum imitatione expreſſi fuerunt; & qui ſacro antiquiſſimorum Auctorum afflatu inſtincti fuerant, ii eodem divino afflatu poſteriorum Scriptorum mentes concitârunt, & ſolo contactu incenderunt. Et, ut noſtram faciamus ſimilitudinem quam Plato in Ione, p. 363 & 364, adhibuit, illos divina vis, haud abſimilis ab eâ quæ in magnete lapide inſita eſt, movit & impulit. Quemadmodùm enim ille lapis non ſolùm ferreos annulos ad ſe allicit & trahit, ſed eam ipſis annulis vim infundit, quâ hoc idem efficere poſſint, ac perindè ut lapis alios annulos ad ſe allicere & trahere; undè longa plerumque ferramentorum & annulorum continuatio & ſeries, cùm alius ex alio nectatur, & omnibus inter ſe aptis & colligatis, ex uno eodemque illo lapide vis derivetur: ita & Homeri & antiquiſſimorum Auctorum Muſa ſe-

quentes Scriptores, Steſichorum, Archilochum, Herodotum, Platonem, &c. divino inſtinctu concitavit; qui & ipſi concitati, poſteriores Scriptores eodem ſacro furore inflammaverunt. Et hinc illa admirabilis ſeries & continuatio, quâ, exempli gratiâ, Racinius ex Euripide, ut Euripides ex Homero, nectitur. Hinc illa immenſa & longè latèque protenſa ſemper proceſſit catena, quæ omnia ſecula, omnes ætates & regiones, omnem denique terrarum orbem complexa eſt; quæ omnes egregios Scriptores regnanti Homero ſubjectos, illique tributum ferre coactos, ità circumdedit, ut ab illius imitatione omnes poſteriores Poëtæ, Philoſophi, Oratores, Hiſtorici pependerint, quemadmodùm Dii Deæque omnes, & tota adeò rerum natura, ex aureâ Jovis catenâ apti ſuſpenſique in octavo Iliadis libro exhibentur.

Ille ipſe qui imitationis utilitatem tantoperè prædicavit, Longinus, non ſolùm Demoſthenem, Platonem, &c. ſed etiam recentiores, Dionyſium Halicarnaſſ. ac Quintilianum, & hunc quidem, ut à Tollio & Pearcio indicatum eſt, vel in hoc ipſo quem laudavimus de imitatione loco, imitando expreſſit. Sed nemo apertiùs imitationes ſuas profitetur, iiſque confidentiùs gloriatur, quàm Lucianus, cujus notandus hic locus in Piſcatore, tom. I, paginâ 575, ubi Platonem alioſque veteres Philoſophos

ſic alloquitur : αὐτὰ γοῦν ἃ φημὶ ταῦτα, πόθεν ἄλλοθεν ἢ παρ᾽ ὑμῶν παραλαβὼν, καὶ κατὰ τὴν μέλιτταν ἀπανθισάμενος, ἐπιδείκνυμαι τοῖς ἀνθρώποις· οἱ δὲ ἐπαινοῦσι, καὶ γνωρίζουσιν ἑκάστου τὸ ἄνθος, ὅθεν, καὶ παρ᾽ ὅτου, καὶ ὅπως ἀνελεξάμην, καὶ λόγῳ μὲν ἐμὲ ζηλοῦσι τῆς ἀνθολογίας· τὸ δὲ ἀληθὲς, ὑμᾶς, καὶ τὸν λειμῶνα τὸν ὑμέτερον, οἳ τοιαῦτα ἐξηνθήκατε ποικίλα, καὶ πολυειδῆ τὰς βαφὰς, εἴ τις ἀναλέξασθαί γε αὐτὰ ἐπίσταιτο, καὶ ἀναπλέξασθαι, καὶ ἁρμόσασθαι, ὡς μὴ ἀπᾴδειν θάτερον θατέρου. Id eſt : Hæc autem ipſa quæ dico, undè aliàs quàm à vobis ſumens, &, apum inſtar, veſtros flores delibans, oſtento hominibus? At illi laudant, & excerptum e ſingulis Scriptoribus floſculum agnoſcunt, undè, & à quo,& quomodo legerim (quod, ut obiter moneam, quilibet poſteriorum Scriptorum Editor & ipſe agnoſcere, & aliis indicare debet), & verbo quidem me ſectantur, propter hanc legendorum florum peritiam, re ipsâ autem vos ſectantur & veſtrum iſtud pratum, qui tales protuleritis flores, tam varios ſpecie & coloribus; ſi tamen quis illos ſciat & legere, & nectere, & componere, ne alter ab altero diſcrepare videatur.

Quod autem hîc de ſe ipſo profitetur Lucianus, id & de omnibus ferè aliis dicendum poſterioribus Scriptoribus, quorum idem imitationis & ἀνθολογίας ſtudium, ſed non eadem in legendis, nectendis, componendiſque illis floribus peritia; quo, ut jàm

dixi, uno diſcrimine internoſcuntur. Qui autem inter hos poſteriores Scriptores eminuerunt, & maximam laudem conſecuti ſunt, ii quod ex antiquis mutuabantur, illud ita domeſticis illuſtrabant pigmentis, tam aptè ſuo accommodabant propoſito (quemadmodùm Ariſtophanis Comœdias & Demoſthenis Orationes ſuis Homiliis S. Johannes Chryſoſtomus), ut non ex alieno petiviſſe fundo, ſed e ſuo eduxiſſe viderentur. Veterum egregiè dicta & cogitata felici imitatione facientes ſua, colores e variis Scriptoribus ductos ita inter ſe temperare & commiſcere noverant, ut inter ſe congruerent, utque unum & idem videretur dicendi genus; quod non ſemper à Plutarcho ſervatum, cujus Opera verſicoloribus variorum Poëtarum, Hiſtoricorum, Oratorum & Philoſophorum ſententiis & verbis, veluti teſſerulis & vermiculato emblemate diſtincta ſunt; de quo vide Cl. Reiskium, Animadverſ. ad Græcos Auctores, vol. II, p. 120 Præfat. ad Animadverſ. in Plutarchi opuſcula.

Nunc autem apud nos qui Muſas colimus ſeveriores, ſi quis Scriptor Gallicus optimorum, qui regnante Ludovico XIV floruerunt, Auctorum non ſolùm orationis habitum formulaſque dicendi, ſed etiam ſententias imitando exprimeret, nec ſolùm illorum fontibus ſuos irrigaret hortulos, ſed etiam pulcherrimis floſculis undique decerptis ſua

exornaret ſcripta, & dicendi luminibus, etiam iis quæ ſunt vehementer illuſtria, undique aſſumptis illuminaret, purpureosque Racinii, Boſſueti, &c. pannos ſuæ orationi aſſueret, id ei non laudi, ſed vitio verteretur. Quanquam hoc ſolum inter optimæ notæ Scriptores Græcos poſteriores, & inter pravos e recentibus, diſcriminis intercedebat, quòd apud illos, ut Lucianum, Longinum, Longum, &c. manentibus veterum verbis dicendique formulis, mutatæ ac prorsùs novæ ut plurimùm exhiberentur ſententiæ, quæ antiquis veſtirentur vocabulis; apud hos autem iisdem ferè ſemper manentibus ſententiis, mutata duntaxat occurrant verba, quæ communibus ac vulgaribus dictis, varietatis colorem inducant & novitatis ſpeciem induant; ſicque illi pervetera dicere videbantur, vel cùm nova dicerent, ſuis quidem cogitatis, veterum verò utentes vocabulis; hi autem, cùm pervetera ſcribant, nova proferre exiſtimantur.

Hinc autem apud Græcos diutiùs quàm apud Latinos integra & illibata manſit ſermonis puri & emendati caſtitas, verborumque nitor & elegantia, quæ quamvis quotidiano uſu atque exterorum commercio attrita, aſſiduâ veterum lectione reparabatur, & eorum imitatione veluti quodam ſepimento muniebatur. Hinc quoque pariter ſuccus ille & ſanioris eloquentiæ ſanguis diutiùs viguit incorruptus. Videmus enim magnos in omni ætate & regione

viros, Herodotum, Thucydidem, Demoſthenem, Platonem, Steſichorum, Æſchylum, Sophoclem, Euripidem, Virgilium, Horatium, Ciceronem, Livium, Salluſtium, Tacitum, * &c. Cornelium, Racinium, Boilæum, &c. imitationis viam

(*) Si quis ſcire velit quomodò Tacitus, qui novam ſibi viam videtur ſtraviſſe, priores & ipſummet Ciceronem imitatus fuerit, is cum iis quæ de Agricolæ mortis opportunitate dixit Tacitus, hæc Tullii de Craſſi morte loquentis conferat, de claris Oratoribus, L. III, n° 3: Fuit hoc luctuoſum ſuis, acerbum Patriæ, grave bonis omnibus. Sed ii tamen Rempublicam caſus ſecuti ſunt, ut mihi non erepta L. Craſſo à Diis immortalibus vita, ſed donata mors eſſe videatur. Non vidit flagrantem bello Italiam, non ardentem invidiâ Senatum, non ſceleris nefarii principes civitatis reos, non luctum filiæ, non exilium generi, non acerbiſſimam C. Marii fugam, non illam poſt reditum ejus cædem omnium crudeliſſimam, non denique in omni genere deformatam eam civitatem, in quâ ipſe florentiſſimâ multùm omnibus gloriâ præſtitiſſet. . . . . Quis enim non jure beatam L. Craſſi mortem illam, quæ eſt à multis ſæpè defleta, dixerit, cùm horum ipſorum ſit, qui tùm cum illo poſtremùm ferè collocuti ſunt, eventum recordatus? Tenemus enim memoriâ Q. Catulum, virum omni laude præſtantem, cùm ſibi non incolumem fortunam, ſed exilium & fugam deprecaretur, eſſe coactum ut vitâ ſe ipſe privaret. Jam M. Antonii in his ipſis roſtris, in quibus ille Rempublicam conſtantiſſimè Conſul defenderat, quæque Cenſor imperatoriis manubiis ornarat, poſitum caput illud fuit, à quo erant multorum civium capita ſervata. Neque verò longè ab eo C. Julii caput, hoſpitis Etruſci ſcelere proditum, cum L. Julii fratris

certatim

certatim ſecutos fuiſſe: dùm contrà qui neminem imitari volunt, ii nec ſe quòque imitatione dignos præſtant; quòd, ut plurimùm, à recto tramite & à regiâ viâ, quæ unica eſt, ſedulò deflectentes ac declinantes, ne priorum veſtigiis inſiſtere videantur,

capite jacuit. Ut ille, qui hæc non vidit, & vixiſſe cum Republicâ pariter, & cum illâ ſimul extinctus eſſe videatur. Neque enim propinquum ſuum, maximi animi virum, P. Craſſum ſuâpte interfectum manu, neque Collegæ ſui, Pontificis maximi, ſanguine ſimulachrum Veſtæ reſperſum eſſe vidit. . . . . Non vidit eorum ipſorum, qui tùm adoleſcentes Craſſo ſe dicârant, horribiles miſeroſque caſus. . . . . . Ego verò te, Craſſe, cùm vitæ flore, tùm mortis opportunitate, divino conſilio & ortum & extinctum eſſe arbitror.

Quod ſic expreſſit Tacitus de Agricolæ vitâ: Filiâ atque uxore ſuperſtitibus, poteſt etiam videri beatus, incolumi dignitate, florente famâ, ſalvis affinitatibus & amicitiis, futura effugiſſe. . . . Feſtinatæ mortis grande ſolatium tulit; evaſiſſe poſtremum illud tempus, quo Domitianus non jam per intervalla ac ſpiramenta temporum, ſed continuo & velut uno ictu Rempublicam exhauſit. Non vidit Agricola obſeſſam Curiam, & clauſum armis Senatum, & eâdem ſtrage tot Conſularium cædes, tot nobiliſſimarum feminarum exilia & fugas. Unâ adhuc victoriâ Carus Metius cenſebatur, & intra Albanam villam ſententia Meſſalini ſtrepebat, & Maſſa Bebius jam tùm reus erat. Mox noſtræ duxêre Helvidium in carcerem manus: nos Maurici Ruſticique viſus, nos innocenti ſanguine Senecio perfudit. . . . Tu verò felix Agricola non vitæ tantùm claritate, ſed etiam opportunitate mortis.

In quibus omnibus manifeſta imitationis veſtigia agnoſcenda ſunt.

ad quædam eloquentiæ diverticula confugiant, & relicto ac vitato optimo illo dicendi genere, quod jam inventum & ab aliis occupatum erat, meliora quærentes, incidant in pejora.

Cùm autem, ut jam diximus, magis verba quàm res & ſententias imitando exprimerent plerique poſteriores Græci, & à prioribus potiùs verborum ubertatem & ſylvam ſumerent, quàm dicendi formam & componendi rationem, in rebus ſpiritum, in affectibus motum, in perſonis decorum, vim illarum acrium & agentium imaginum, quæ celeriter percelluntanimum, orationis lumina & fulmina, figurarum varietatem, rerum inventarum copiam, & cum ordine ac judicio diſpenſatarum diſtributionem, totius operis diſpoſitionem, denique ea omnia quæ in Oratore ſumma ſunt, ſed inimitabilia, quæque non arte traduntur; cùmque in hoc præterea omnes ingenii ſui nervos intenderent, ut ex tempore dicerent, diſerti magis quàm eloquentes, nec teretes ac religioſas aures voce minùs Atticâ, aut parùm numeroſâ offenderent clauſulâ; hinc diutiùs apud Græcos remanſit puri ſermonis integritas, quàm eloquentiæ vis & ſalubritas, & magis prudens ac ſincerum fuit eorum aurium, quàm mentis, judicium.

Hoc quoque plurimis Sophiſtis nocuit, eorumque impetum retardavit, quòd, plerùmque, iis quæ erant à veteribus inventa, & imitatione, quæ per ſe ipſa

non ſufficit, contenti fuerint. Nam, ut egregiè inquit ſapientiſ. ille Quintilianus, L. X, c. 11, p. 648 Ed. Cl. Capperonnerii, eum nemo poteſt æquare, cujus veſtigiis ſibi utique (an ubique?) inſiſtendum putat; neceſſe eſt enim ſemper ſit poſterior qui ſequitur... Quidquid alteri ſimile eſt, neceſſe eſt minus ſit eo quod imitatur; ut umbra, corpore, & imago, facie, & actus hiſtrionum, veris affectibus. Quod in orationibus quoque evenit : namque iis quæ in exemplum aſſumimus, ſubeſt natura & vera vis; contrà omnis imitatio ficta eſt, & ad alienum propoſitum accommodatur. Quo fit, inquit, ut minùs ſanguinis ac virium declamationes habeant, quàm orationes; quòd in illis (mallem, his) vera, in his (mallem, illis) aſſimulata materia eſt. Notandum autem poſteriores Sophiſtas in ſcribendis declamationibus, quas μελέτας vocabant, & in fictis concertationibus totam ferè vitam contriviſſe, paleſtræ magis quàm pugnæ accommodatos, & rariſſimè ex hâc domeſticâ & umbratili exercitatione, medium in agmen, in pulverem, in clamorem, ut ait Tullius, in caſtra atque aciem forenſem, ad veras cauſas agendas, ſuam dictionem eduxiſſe.

Imò eorum quoque pigritiam fovebat & ipſa linguæ Græcæ tam mollis, tam teneræ & flexibilis, ut quòcumque vellent, docilis ſequeretur, inexhauſta copia, facilitas & pulchritudo, quæ fructus illabora-

tos & ſponte provenientes, ſemper decerpendos offerebat, iisque præſtò aderat, quos defecerat ingenii vis, inventionis facultas, doctrinæ elegantia, optimarumque artium ſupellex. Quò minùs autem adjuvat ſermo, quò minora ſuppetunt dicendi inſtrumenta, eò magis inventione certatur, ſententiarum numero & gravitate contenditur, ut penuria verborum, rerum copiâ compenſetur, & linguæ malignitas expugnetur, eâque repugnante, fructus e ſterili fundo educantur. Contra quidam ex recentioribus Sophiſtis, circumfluentibus undique opulentiſſimæ linguæ copiis imperitantes, ſenſui minùs interdùm ſerviebant; & eligendis, perpendendis, coagmentandis, &c, tanquam teſſerulis, componendis vocibus intabeſcentes, ac toti in dimetiendis modulandisque ſyllabis occupati, ſententias negligebant, & de rebus ipſis parùm laborabant; nugis canoris, & numeroſo, ſed inani, tinnitu ità aures, quibus inſidiabantur, permulcebant, ut ſuaviſſimo illo concentu deliniti abirent auditores contenti, & nihil ferè ampliùs requirerent, nec ab illâ oratione nervos, aculeos, ſententias, imò ferè ſemper ſenſus & res abeſſe ſentirent: & his quidem faciliùs, ob feliciſſimam ſermonis ubertatem, Arabica, Græca & Latina carere poſſit oratio, quàm Gallica; cùm noſtræ linguæ inopia, ingenii divitiis, & ſterilitas, inventionis fœcunditate, ſublevanda ſit.

Hùc adde quod, ut ait Quintilianus, L. X, c. 1, p. 624, & c. 2, p. 649, in optimis Scriptoribus, ſummis hominibus, ſed hominibus tamen, qui nonnunquam labuntur, fatigantur, dormitant, & in quibus adeò incidunt aliqua vitioſa, & à doctis inter ipſos etiam mutuò reprehenſa, interdùm poſteriores Sciptores deteriora imitarentur (id enim eſt facilius), ac ſe abundè ſimiles putarent, ſi vitia magnorum conſequerentur. Undè Tullius de Oratore, Lib. II, n°. 22: Ergo hoc ſit primum in præceptis meis, ut demonſtremus quem imitetur (Orator), atque ita, ut, quæ maximè excellant in eo quem imitabitur, ea diligentiſſimè perſequatur. Tùm accedat exercitatio, quâ illum quem antè delegerit, imitando effingat, atque ita exprimat, non ut multos imitatores ſæpè cognovi, qui, aut ea quæ facilia ſunt, aut etiam illa quæ inſignia, ac penè vitioſa, conſectantur imitando. Ut in Oratore, c. 4, n°. 32, neminem Thucydidis neque verborum, neque ſententiarum gravitatem imitatum eſſe affirmat: ſed cùm, inquit, mutila quædam, & hiantia locuti ſunt, quæ vel ſine magiſtro facere potuerunt, germanos ſe putant eſſe Thucydidas. Nihil enim eſt facilius, inquit idem de Oratore, L. II, n°. 22, quàm amictum imitari alicujus, aut ſtatum, aut motum; ſi verò etiam vitioſè aliquid eſt, id ſumere, & in eo vitioſum eſſe, non magnum eſt. Ut ille, qui nunc

etiam, amiſsâ voce, furit in Republicâ Fuſius, nervos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non aſſequitur; oris pravitatem & verborum latitudinem imitatur. Sed tamen ille nec deligere ſcivit, cujus potiſſimùm ſimilis eſſet, & in eo ipſo, quem delegerat, imitari etiam vitia voluit.

Hoc autem iis accidit, ait Quintilianus, L. X, c. 11, p. 649, qui, non introſpectis penitùs virtutibus, ad primum ſe veluti aſpectum orationis aptârunt; &, cùm iis feliciſſimè ceſſit imitatio, verbis atque numeris ſunt non multùm differentes; vim dicendi atque inventionis non aſſequuntur: ſed plerumque declinant in pejus, & proxima virtutibus vitia comprehendunt, fiuntque pro grandibus tumidi; preſſis, exiles; fortibus, temerarii; lætis, corrupti; compoſitis, exultantes; ſimplicibus, negligentes. Ideòque qui horridè atque incompoſitè quidlibet frigidum illud & inane extulerunt, antiquis ſe pares credunt; qui carent cultu atque ſententiis, Atticis ſcilicet; qui præciſis concluſionibus obſcuri, Salluſtium atque Thucydidem ſuperant; triſtes ac jejuni Pollionem æmulantur; otioſi & ſupini, ſi quid modò longiùs circumduxerunt, jurant ità Ciceronem loquuturum fuiſſe. Noveram quoſdam qui ſe pulchrè expreſſiſſe genus illud cœleſtis hujus in dicendo viri ſibi viderentur, ſi in clauſulâ poſuiſſent, *eſſe videatur*. Sic Aper in Dialogo de

Oratoribus, qui Quintiliani quàm Taciti ſtylo affinior eſt, p. 164 Ed. Par. 1608 : Nolo irridere..... illud tertio quoque ſenſu in omnibus pro ſententiâ poſitum (à Cicerone), *eſſe videatur*. Nam & hoc invitus retuli, & plura omiſi, quæ tamen ſola mirantur atque exprimunt hi qui ſe antiquos Oratores vocant.

Stultæ illius imitationis & κακοζηλίας plurima, eaque notanda, videbis exempla apud Lucianum in libello inſcripto, Quomodò Hiſtoria conſcribenda ſit, tom. II, p. 21 & ſeqq. Idem ib. p. 23, hunc fuiſſe communem ſui ævi Scriptoribus errorem obſervat, uti ſe Thucydidis abundè ſimiles eſſe, ejusque dicendi genus feliciter expreſſiſſe confiderent, cùm paucis immutatis, ipſamet illius verba & ſolemnes loquendi formulas, quæ ſæpiùs apud eum occurrunt, uſurpaverant. Καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτο ἐπιεικῶς πολὺ νῦν ἐστι, τὸ οἴεσθαι τοῦτο εἶναι τοῖς Θουκυδίδου ἐοικότα λέγειν, εἰ ὀλίγον ἐντρέψας, τὰ αὐτοῦ ἐκείνου λέγοι τις, μικρὰ κἀκεῖνα, ὩΣ ΚΑῚ ΑΥ̓ΤῸΣ ἊΝ ΦΑΊΗΣ, ΟΥ̓ ΔΙ' ΑΥ̓ΤῊΝ, ΝῊ ΔΊΑ, ΚἈΚΕῖΝΑ, ὈΛΊΓΟΥ ΔΕῖΝ, ΠΑΡΈΛΙΠΟΝ. Nec has ſolùm ſolemnes loquendi formulas, cuilibet antiquo Auctori proprias, ſed etiam priſca & exoleta vocabula inferciebant, odioſâ, ut ait Quintilianus, L.VIII, c. 3, p. 486, curâ, quam cuilibet eſſe facilem, & hoc peſſimam pronunciat, quòd rei ſtudioſus non verba rebus aptavit, ſed res extrinſecùs ar-

ceſſit, quibus hæc verba conveniant. Sic prorsùs Lucianus, in Lexiphane, tom. II, p. 348, Lexiphani hoc morbo laboranti, & obſoleta, putidiùs exquiſita, ac merè, ut putabat, Attica vocabula conſectanti, objicit eum, in hoc maximè peccare, quòd non priùs ſententias, quàm verba compareret, & deindè verbis ac nominibus veſtiat & exornet; ſed contrà, ſicubi inſolitum inveniat verbum, aut ipſe à ſe confictum, illud pulchrum eſſe exiſtimet, huic protinùs ſententiam aptare ſtudeat, & pro damno habeat, ſi non illud aliquorsùm infarciat, etiamſi ei quod dicitur, neceſſarium non ſit: καὶ μὴν κἀκεῖνο οὐ μικρὸν, μᾶλλον δὲ τὸ μέγιστον, ἁμαρτάνεις, ὅτι οὐ πρότερον τὰς διανοίας τῆς λέξεων προπαρεσκευασμένος, ἔπειτα κατακοσμεῖς τοῖς ῥήμασι καὶ τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλ' ἤν που ῥῆμα ἔκφυλον εὕρῃς, ἢ αὐτὸς πλασάμενος οἰηθῇς εἶναι καλὸν, τούτῳ ζητεῖς διάνοιαν ἐφαρμόσαι, καὶ ζημίαν ἡγῇ, ἂν μὴ παραβύσῃς αὐτό που, κἂν τῷ λεγομένῳ μηδὲ ἀναγκαῖον ᾖ.

Apud eumdem Lucianum, in libello Quomodò Hiſtoria conſcribenda ſit, T. II, p. 22, alius ineptus Thucydidis imitator, Thucydidis narrationem & conciones ad verbum deſcribit, ab eo totam peſtis deſcriptionem, ut multa alia, ſic mutuatur, ut ſola locorum nomina immutet: Νισιβηνοῖς λοιμὸν . . . . ἐπήγαγε, παρὰ Θουκυδίδου χρησάμενος ὅλον ἄρδην, πλὴν μόνου τοῦ Πελασγικοῦ, καὶ τῶν τειχῶν τῶν μακρῶν, ἐν οἷς

οἱ τότε λοιμώξαντες, ᾤκησαν. Idem ejuſdem Thucydidis initium ſic impudenter ſuum fecerat: Κρεπέριος Καλπουρνιανὸς Πομπηϊουπολίτης, συνέγραψε τὸν πόλεμον τὸν Παρθυαίων καὶ Ῥωμαίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους, ἀρξάμενος εὐθὺς ξυνισταμένου. Quæ ſunt ipſamet Thucydidis incipientis verba. Sic apud eumdem ibid. Lucianum, p. 27, alter, non ille quidem Thucydidis, ſed Herodoti, ut ſibi videbatur, ſimilis, Herodoti ſcrinia eâdem audaciâ compilat. Undè apud eumdem Lucianum in Jove Tragœdo, tom. II, pag. 658, Jovi in concilio Deorum dicturo Mercurius ſuadet, ut quamcumque velit Demoſthenis orationem, paucis duntaxat immutatis, ſibi accommodet; hoc quidem pleroſque tunc Oratores agere: σὺ δὲ Δημοσθένους δημηγοριῶν τῶν κατὰ Φιλίππου ἥν τινα ἂν ἐθέλοις, σύνειρε, ὀλίγα ἐναλλάττων· οὕτω γοῦν οἱ πολλοὶ νῦν ῥήτορες ποιοῦσι. Jupiter autem illam σύντομον ῥητορείαν, καὶ ῥᾳδιουργίαν ταύτην εὔκαιρον τοῖς ἀπορουμένοις valdè comprobans, & hujuſce ætatis Oratorum exemplum ſecutus, primæ Demoſthenis Olynthiacæ initium ſic ridiculè & pueriliter deſcribit, ut Iſocratis Panegyrici exordium Iſidorus Peluſ. L. IV, Ep. 67, meritò à Cl. Wyttenbachio, p. 56 Epiſtolæ Criticæ ad Cl. Ruhnken. notatus. Sic Ariſtæneti Epiſtolæ, & illæ quidem terſæ & elegantes, obſervante Cl. Joſiâ Mercero in Præfatione ad ſuas notas, ferè totæ ex optimorum Scrip-

torum, Platonis, Luciani, Philoſtrati, &c. aſſutis locis ità conſarcinatæ ſunt, ut & illud drama quod inſcriptum χρίςος πάσχων, ex diverſis Euripidis verſibus totum contextum eſt, ideòque, monente ſummo Valckenærio, ad corrigendum Euripidem plurimùm prodeſſe poteſt; cùm duplex utilitas e perfectâ locorum imitatione expreſſorum cognitione percipiatur, ſivè ad emendandum & illuſtrandum poſteriorem illum Scriptorem qui priorem imitatus eſt, ſivè etiam ad reſtituendum & explicandum illum veterem Auctorem, imitatione ab eo poſteriore expreſſum, qui meliorem, & noſtris multò antiquiorem, illius Codicem tractabat. Sed ut ad ineptos illos imitatores, ſervum pecus, redeam, pueros in Scholâ, Ciceronis, Livii & Virgilii disjectorum membra certatim diſcerpentes & ad ſe trahentes mihi videre videor; ut illud de iis uſurpem quod de ipſiusmet S. Gregorii Nazianzeni Orationibus dixit Cl. Abbas de Longuerue, quo doctiorem Gallia vix tulit, in Longueruanorum ſecundâ parte, p. 105 & 106: Quand je lis S. Grégoire de Nazianze, il me ſemble voir un écolier qui fait un bon theme en copiant & imitant ſes Auteurs, mais qui tombe dès qu'ils lui manquent.

Quemdam Rhetorices magiſtrum juvenes falſis imbuentem opinionibus, & ea dicendi præcepta inculcantem, quæ nimis ſequebantur poſteriores

X VIII

Sophiſtæ, quibuſque omnia ferè tradebantur ineptæ imitationis vitia quæ ſuprà recenſuimus, ſic loquentem inducit Lucianus in Rhetorum Præceptore, tom. III, p. 17 & ſeqq. πεντεκαίδεκά που, ἢ οὐ πλείω γε τῶν εἴκοσιν Ἀττικὰ ὀνόματα ἐκλέξας ποθὲν, καὶ ταῦτα ἀκριβῶς ἐκμελετήσας, πρόχειρα ἐπ' ἄκρας τῆς γλώττης ἔχε, τὸ ἌΤΤΑ, καὶ ΚΑ͂ΤΑ, καὶ ΜΩ͂Ν, καὶ ἈΜΗΓΈΠΗ, καὶ ΛΩ͂ΣΤΕ, καὶ τὰ τοιαῦτα· καὶ ἐν ἅπαντι λόγῳ, καθάπερ τι ἥδυσμα ἐπίπαττε αὐτῶν. Μελέτω δὲ μηδὲν τῶν ἄλλων, ἐὰν ἀνόμοια τούτοις, καὶ ἀσύμφυλα, καὶ ἀπῳδά. Ἡ πορφύρα μόνον ἔστω καλὴ, καὶ εὐανθὴς, κἂν σισύρα τῶν παχειῶν τὸ ἱμάτιον ᾖ. Μετὰ δὲ, ἀπόρρητα καὶ ξένα ῥήματα, καὶ σπανιάκις ὑπὸ τῶν παλαιῶν εἰρημένα. Καὶ ταῦτα συμφορήσας, ἀποτόξευε προχειριζόμενος ἐς τοὺς προσομιλοῦντας. Οὕτω γάρ σε ὁ λεὼς ὁ πολὺς ἀποβλέψονται, καὶ θαυμαστὸν ὑπολήψονται, καὶ τὴν παιδείαν ὑπὲρ αὐτοὺς, εἰ ἈΠΟΣΤΛΕΓΓΊΣΑΣΘΑΙ μὲν, τὸ ἀποξύσασθαι λέγοις, τὸ δὲ ἡλίῳ θέρεσθαι, ΕἸΛΗΘΕΡΕῖΣΘΑΙ, τὸν ἀρραβῶνα δὲ, ΠΡΟΤΊΜΙΟΝ, τὸν ὄρθρον δὲ, ἈΚΡΟΚΝΕΦΈΣ. Ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτὸς ποίει καινὰ καὶ ἀλλόκοτα ὀνόματα, καὶ ὀνοματοθέτει, τὸν μὲν ἑρμηνεῦσαι δεινὸν, ΕὔΛΕΞΙΝ καλῶν, τὸν συνετὸν, ΣΟΦΌΝΟΥΝ, τὸν ὀρχηστὴν δὲ, ΧΕΙΡΊΣΟΦΟΝ.

Prætereà abſurdus ille præceptor, (cujus ſimiles utinam nulli unquam inventi fuiſſent!) ſuos diſcipulos ib. monet, ne veteres omninò legant, ne nu-

gacem iſtum Iſocratem, neu invenuſtum Demoſthenem, neu frigidum, ut vocat, Platonem attingant, ſed libros paulò antè ſuam ætatem editos, & illas quas dicunt Sophiſtarum declamationes, ut earum lectione innutriti, iis poſſint in tempore uti, eaque tanquam e penu depromere: ἀλλὰ καὶ ἀναγίνωσκε τὰ παλαιὰ μὲν μὴ σύ γε, μηδὲ εἴ τι ὁ λῆρος Ἰσοκράτης, ἢ ὁ χαρίτων ἄμοιρος Δημοσθένης, ἢ ὁ ψυχρὸς Πλάτων, ἀλλὰ τοὺς τῶν πρὸ ἡμῶν ὀλίγον λόγους, καὶ ἃς φασι ταύτας μελέτας, ὡς ἔχῃς ἀπ' ἐκείνων ἐπισιτισάμενος, ἐν καιρῷ καταχρῆσθαι, καθάπερ ἐκ ταμιείου προαιρῶν.

Enim verò plurimi Sophiſtæ poſterioribus illis temporibus non priſcos illos heroas, Demoſthenem, Platonem, Thucydidem, &c. quorum ſincera, ſolida, robuſta, dignitatis plena, maſcula vigebat eloquentia, ſed recentiores, quorum fracta, mollis, diſſoluta, effeminata languebat oratio, imitabantur, & ſic e diligenti veterum cultu in muliebrem recentiorum ornatum, e caſtâ ac verecundâ antiquorum modeſtiâ, in laſciviam & delicias, ſeu potiùs ineptias, delapſi ſunt. Deindè vani iſti & ventoſi Sophiſtæ naturâ ſuâ delati ſunt ad inane illud & inflatum ac redundans Aſianum genus, in cujus nimiâ ubertate luxuries inerat ſtylo depaſcenda. Quod opimum & tanquam adipatæ dictionis genus, verbis quidem ſonans, ſed nullo ferè ſenſu tinctum, auribus ſuis

Digitized by Google

aptum adſcivit & imprimis adamavit Aſiana gens, quæ, obſervante Quintiliano, Lib. XII, cap. 10, pag. 746, utpotè tumidior & jactantior, vaniore etiam dicendi gloriâ inflata eſt, & ambitioſam in dicendo jactantiam conſectata eſt. Nam, ut ſemel e Piræo eloquentia evecta eſt, inquit Tullius, de claris Oratoribus, n°. 13, omnes peragravit inſulas, atque ità peregrinata totâ Aſiâ eſt, ut ſe externis oblineret moribus, omnemque illam ſalubritatem Atticæ dictionis, quaſi ſanitatem perderet. Hinc Aſiatici Oratores, non contemnendi quidem, nec celeritate, nec copiâ; ſed parùm preſſi, & nimis redundantes. Undè in libro de optimo genere Oratorum, n°. 3, illos potiùs imitandos eſſe dicit, qui incorruptâ ſanitate ſunt (quod eſt, inquit, proprium Atticorum), quàm eos quorum vitioſa abundantia eſt, quales Aſia multos tulit. Petronius Satyr. p. 8 Ed. Colon. 1694 « Nuper ventoſa iſthæc & enormis » loquacitas Athenas ex Aſiâ commigravit, animos» que juvenum ad magna ſurgentes, veluti peſtilen» ti quodam ſidere afflavit, ſimulque corrupta elo» quentiæ regula ſtetit & obmutuit ». Egregiè Antonius apud Tullium de Oratore, L. II, n° 23 : Qui ſe » ad cauſas contulerunt, ut Demoſthenes, Hyperi» des, Lycurgus, Æſchines, Dinarchus, aliique com» plures, etſi inter ſe pares non fuerunt, tamen » ſunt omnes in eodem veritatis imitandæ genere

» verſati; quorum quamdiù manſit imitatio, tam-
» diù genus illud dicendi ſtudiumque vixit. Poſtea-
« quàm, extinctis his, omnis eorum memoria ſen-
» ſim obſcurata eſt & evanuit, alia quædam dicendi
» molliora ac remiſſiora genera viguerunt. Indè De-
» mochares, quem aiunt ſororis filium fuiſſe De-
» moſthenis; tùm Phaleræus ille Demetrius, om-
» nium iſtorum, meâ ſententiâ, politiſſimus, alii-
» que eorum ſimiles extiterunt. Quæ ſi velimus uſque
» ad hoc tempus perſequi, intelligemus, ut hodiè
» Alabandenſem illum Meneclem, & ejus fratrem,
» Hieroclem, quos ego audivi, tota imitatur Aſia;
» ſic ſemper fuiſſe aliquem cujus ſe ſimiles plerique
» eſſe vellent ». Ille autem Demetrius Phaleræus à Quintiliano, L. X, c. 1, p. *636*, ultimus eſſe dicitur ex Atticis qui vocari poſſet Orator, & primus eloquentiam inclinaſſe, quæ ex illo retrò fluere & ſublapſa referri cœpit, ac paulatim apud Græcos concidit; cùm qui recentioribus illis Oratoribus ſuccrevêre, ii dulcia quibus illi abundabant vitia, non ſolùm ſumpſerint, ſed etiam auxerint, tantùmque ab illis defluxerint, quantùm illi ab antiquis, & ſubſequentes egerint tranſverſos.

Cui malo in dies gliſcenti ut mederetur Lucianus, quem tædebat quotidianarum harum formarum, utque ſuos æquales ad naturæ, & veterum, qui naturæ propiores fuerant, illiusque adeò optimi

erant interpretes & æmuli, imitationem reflecteret, à quâ eos miſera ingenii oſtentatio & lectio recentiorum Scriptorum infeliciter detorſerat, hoc omnium ætatum ac regionum Lexiphani, illâ tabe infecto, dabat conſilium, tom. II, p. 346 & ſeqq. eumque ſic hortabatur ut turbidos illos ac corruptos rivulos ſectari deſinens, ipſosmet adiret fontes, veteres ad plenum imbiberet, & ab iis verum eloquentiæ colorem & vitalem quaſi ſuccum traheret: *εἴπερ ἄρ' ἐθέλεις ὡς ἀληθῶς ἐπαινεῖσθαι ἐπὶ λόγοις, κἂν τοῖς πλήθεσιν εὐδοκιμεῖν, τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα φεῦγε, καὶ ἀποτρέπου, ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ τῶν ἀρίστων ποιητῶν, καὶ ὑπὸ διδασκάλοις αὐτοὺς ἀναγνοὺς, μέτιθι ἐπὶ τοὺς ῥήτορας, καὶ τῇ ἐκείνων φωνῇ συντραφεὶς, ἐπὶ τὰ Θουκυδίδου καὶ Πλάτωνος ἐν καιρῷ μέτιθι, πολλὰ καὶ τῇ καλῇ κωμῳδίᾳ, καὶ τῇ σεμνῇ τραγῳδίᾳ ἐγγυμνασάμενος. Παρὰ γὰρ τούτων ἁπάντων τὰ κάλλιστα ἀπανθισάμενος, ἔσῃ τις ἐν λόγοις ..... Πρὸ πάντων δὲ ἐκεῖνο μέμνησό μοι, μὴ μιμεῖσθαι τῶν ὀλίγον πρὸ ἡμῶν γενομένων σοφιστῶν τὰ φαυλότατα, ... ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα καταπατεῖν, ζηλοῦν δὲ τὰ ἀρχαῖα τῶν παραδειγμάτων. Μηδέ σε θελγέτωσαν αἱ ἀνεμῶναι τῶν λόγων, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῶν ἀθλητῶν νόμον, ἡ στερρά σοι τροφὴ συνήθης ἔστω, μάλιστα δὲ Χάρισι καὶ Σαφηνείᾳ θῦε·* id eſt, ſi voluetis veram eloquentiæ laudem aſſequi, & in multitudine celebrari, hæc omnia fuge & averſare. Facto autem initio à Poëtarum optimis, iisque, non

ſine magiſtrorum ope, perlectis, ad Oratores tranſi, eorumque linguâ innutritus, ad Thucydidis & Platonis libros, idoneo tempore, tranſi, multùm etiam in pulchrâ Comœdiâ & in gravi Tragœdiâ ſubactus. Ex his enim ſi pulcherrimos floſculos excerpſeris, eris aliquis in eloquentiâ . . . . . . Antè omnia verò hujusce probè memento : ne imiteris Sophiſtarum, qui paulò antè nos fuerunt, peſſima . . . . . . verùm talia conculces, exempla autem antiqua æmuleris. Neque te deliniant illi caduci dictionis floſculi ; ſed ex lege Athletarum, ſolidus tibi cibus conſuetus ſit. Maximè verò Gratiis & Perſpicuitati litato.

Et cautè quidem vitanda erat iſtorum recentiorum Sophiſtarum lectio & imitatio, qui, poſterioribus temporibus, meretricio cultu adulteratam, omnibusque fractam deliciis eloquentiam enervaverant, & ſimul corruptam infamaverant Philoſophiam, non Oratores, aut Philoſophi, ſed Græculi otioſi & loquaces, contentionis cupidiores quàm veritatis, & verè operarii linguâ celeri & exercitatâ, ut eos meritò vocat Mneſarchus apud Tullium de Oratore, L. I, n°. 18, 11 & 22. Iſti duntaxat afferebant volubile inanis ac penè puerilis elocutionis flumen, ſeu potiùs torrentem confragoſum, cùm non ſubeſſent res ex quibus inventis & cogitatis redundare debet oratio ; aditum ad ſuas declamationes illuſtriorem ; ſplendidiora

ſplendidiora veſtibula nec pro portione rerum præpoſita; principia orationi conſequenti minùs connexa, & membra cum toto corpore vix cohærentia; quosdam longè latèque patentes argumentorum locos, qui de universâ re tractare ſolent, & qui videntur multarum iidem eſſe cauſarum, ſed proprii ſingularum eſſe debent, ut ait Tullius, quosque tanquam in procinctu ſemper paratos expeditosque habebant, ut de quâlibet re ex tempore diſputare poſſent; luxurioſam ambitioſorum ornamentorum oſtentationem & ſuperbam pompam jactantiùs explicatam; orationis lineamenta inflando corrupta, & clariſſima lumina undique aſſumpta, ſed ſine delectu, ſine judicio appoſita, & ita crebra ac continua, ut ſibi invicem officerent, cùm tota luceret oratio, nec adeſſet umbra & receſſus, quò magis id quod erat illuminatum, extaret atque emineret; purpureos veterum pannos ſuæ diſcolori ac ſordidæ veſti aſſutos; decoris non illius nativi, ſed à pigmentis & medicamentis petiti lenocinia; colorem non ſanguine diffuſum, ſed fuco illitum; pro illis fulminibus quæ oratoriis lacertis viribusque contorta vibrabat Demoſthenes, floſculos, & eos quidem non eleganter ſparſos, ſed temerè congeſtos, ac mox, ſi leviter excuterentur, caſuros; argutas ſententiolas verborum cincinnis implicatas, & calamiſtris inuſtas, quæ illis ex abdito erutæ videban-

tur, quarumque nimis tenue acumen in ſe ipſum retunderetur; quanquam, ut ait Quintilianus, Libro VIII, c. 5, p. 511, non multas plerique ſententias dicerent, ſed omnia tanquam ſententias; interdùm cogitata infeliciter audacia, & remota à veritate ac ipsâmet naturâ, ſuprà quam aſſurgere videbantur, ſesquipedalibus innixa vocabulis; tumida & imperioſa velut e tripode loquentium, ſeu potiùs furentium oracula, eaque nonnunquam flexiloqua & obſcura, quæque adeò cujuſdam reconditi ſensûs ſuſpicionem haberent, ſed in quibus, ſi evoluta illis integumentis diſſimulationis ſuæ, nudataque perſpicerentur, nihil ineſſe deprehenderes; effuſam deſcriptionum ineptè poſitarum, vel cùm iis locus non eſſet, imaginum, ſimilitudinum, fabularum intextarum copiam & laſciviam; nimis frequentes longarum digreſſionum exitus; quæſitarum literæ immutatione venuſtatum, & ex ambiguo dictorum quoddam aucupium ſemper manifeſtò deprehenſum; puerilia ingenii ludibria, quæ ſtultis ingenioſa, ingenioſis ſtulta ſolent videri; nimis anxiam in vocibus non eligendis, ſed captandis concinnitatem, projectam in faciendis, transferendis & jungendis audaciam, putidam vocabulorum priſcorum, obſoletorum, ac merè Atticorum, ut ipſi putabant, conſectationem; certos quosdam ac circumſcriptos verborum ambitus, & quemadmo-

dùm vocat Tullius, verba verbis quaſi demenſa, & paria ità reſpondentia, ut ſæpiùs conferrentur pugnantia, compararenturque contraria, & ut pariter extrema terminarentur, eumdemque perpetuò referrent in cadendo ſonum.

Non ità Longus, quem ſemper noſtra ſpectavit oratio, ſed à quo paululùm digredi viſa eſt, dùm horumce temporum Sophiſtas à rectâ imitationis viâ aberrantes perſecuti ſumus. Noſter non hos recentiores, ſed antiquos heroas ac optimos Auctores, & eos quidem non in deterioribus, non in quibusdam priſcis & obſoletis vocabulis, aut ſolemnibus loquendi formulis, quas facile erat aſſequi, ſed in optimis, & in dicendi genere ac colore ità imitatus eſt, ut quæ imitando effingebat, ea ipſe finxiſſe & inveniſſe videatur. Enim verò, κατὰ τὴν μέλιτταν περὶ τούτων ἄπαντα τὰ κάλλιστα ἀπανθισάμενος, ut Luciani verba uſurpem, ſcivit ea ἀναλέξασθαι, καὶ ἀναπλέξασθαι, καὶ ἁρμόσασθαι, ὡς μὴ ἀπᾴδειν θάτερον θατέρου. Nec ſolâ imitatione contentus eſt, ſed & plurima de ſuo protulit. Thucydidem, Xenophontem, Platonem, Homerum, Euripidem, Theocritum, Moſchum, Bionem, Anacreontem, &c. præcipuè imitatus eſt. Multa ejus ſimilia in Luciano, Philoſtrato, Æliano, Heliodoro, Achille Tatio, Xenophonte juniore, Charitone, &c. Ariſtæneto, Alciphrone, Muſæo, in Epigramma-

tibus Eroticis, &c. quorum Scriptorum aliis quidem ætate prior, aliis verò poſterior eſt; ità ut hos quidem imitando exprimat, ipſe viciſſim ab illis expreſſus. Sæpè eum non tam imitatus eſt, quàm deſcripſit & pervertit Nicetas Eugenianus, qui, Theodori Prodromi exemplo incitatus, ineptum & abſurdum de Droſillæ & Chariclis Amoribus poëma hactenùs ineditum, iambicis verſibus conſarcinavit; cujus multa loca ſimilia in noſtris Animadverſionibus laudavimus, & de quo noſtram, ſi tanti eſt, ſententiam ibidem videbis, p. 9. Imò, quod mireris, non pauca, eaque à nobis ſedulò annotata, ejus ſimilia ſunt, non ſolùm in ſenſu, ſed etiam in ipſiſmet verbis, apud ſeptuaginta Interpretes Cantici Canticorum; ex quo fortè colligi poſſet hunc, quamvis Cynicum Scriptorem, aut fuiſſe Chriſtianum, aut ſaltem ſacros evolviſſe libros; ſed potuit in eaſdem cogitationes ac imagines paſtorales, paſtorale argumentum tractans, fortuitò incidere.

Longi oratio pura, candida, ſuavis, minutis articulis membriſque conciſa, & tamen numeroſa, ſine ullis ſalebris, melle dulcior, profluit, tanquam amnis argenteus virentibus utrinque ſylvis inumbratus, & ità florens, ità picta, ità expolita eſt, ut in eâ verborum omnes, omnes ſententiarum illigentur lepores. Tranſlationes cæteraque dicendi lumina, ità aptè diſponit, ut pictores colorum varie-

XXIII

tatem. Elegantes fabellas, vividas deſcriptiones quæ res ipſas oculis ſubjiciant, peritè intexit, & ſimilitudines ac imagines e ruſticâ paſtoralique vitâ petitas feliciter adhibet. Xenophontis ſimplicitatem, Theocriti veneres, Moschi & Bionis floſculos conſectatus & ſæpiſſimè conſecutus eſt. In mollibus ac remiſſis affectibus mirus, in perſonis decorum ſervat; qui utinam, quod de Afranio ait Quintilianus, L. V, c. 1, p. 642, & in noſtro jure ac meritò damnant Huetius, p. 126 *de l'Origine des Romans*, & Baylius, mores ſuos, vel potiùs communes ferè omnium tunc Græcorum, faſſus, puerorum fœdis amoribus (& illâ ἐρωτικῇ παιδαγωγίᾳ, ut ipſe vocat, l. III, p. 81,) non inquinaſſet argumentum ſuum! Quòd ſi tam purum, caſtum & verecundum fuiſſet, quàm illius dicendi genus, nullum video Scriptorem, quem, ob miram ſermonis facilitatem, proprietatem, elegantiam, ſuavitatem, feſtivitatem & copiam, priorem legere debuiſſent juvenes qui Græcas literas à primo limine ſalutare incipientes, quibusdam illecebris invitandi ſunt. Sed tamen, ne quid diſſimulem, interdùm & ipſe à veteri illâ ſimplicitate & inaffectatâ jucunditate ità diſcedit, & ad recentiorum Sophiſtarum delicias ac laſciviam accedit, ut fucatam calamiſtris inurat orationem, quasdam ſententias longiùs arceſſitas habeat, & nimiùm ingenio ſuo indulgeat. In illo verecundum

Digitized by Google

quidem ſobrium Sophiſtam, Heliodoro, Achille Tatio puriorem, & ſimpliciorem, & multò magis antiquo ſapore tinctum, ſed tamen Sophiſtam, videre mihi videor. Præter dulcia illa, quibus non caret, vitia, & quæ ſapiens ac limati judicii lector facilè agnoſcet, ſunt & quædam in ejus Fabulâ minùs veriſimilia, ſive in caſibus quos refert, ſive etiam in eo quod bonum illum & candidum Daphnim, nimis quàm in illam grandiuſculi juvenis ætatem cadebat, omnium rerum rudem ignarumque, & in omnibus hoſpitem ac peregrinum exhibet; quod ſubodoratus fuerat Jungermanus, p. 220 ſuarum notarum, & verè, ut omnia, obſervavit ſummus ille Valckenær. in quibusdam literis datis ad illuſtriſſimum noſtrum, ut & Cl. Muſgravii, amicum, Principem de Youſſoupoff, virum ad omnia ſumma natum, & egregium decus literarum Græcarum, quas à Cl. Valckenærio, dùm Leidæ verſaretur, perfectè didicit, & aſſiduè coluit Lutetiæ, ubi ſimul plurimos in omnibus Bibliothecis Codices Græcos manuſcriptos diligenter excuſſimus, contulimus; juvenem Principem, Græcis membranis impalleſcentem, mirantibus Cuſtodibus, ac ubique exclamantibus:

Quis novus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes,

qui generoſiſſimâ Gengiſchani ſtirpe ortus, Sereniſſimo Curlandiæ Duci, (qui ipſius ſororem, magnæ

X XIb

in omnibus Imperatrici chariſſimam, duxit,) regnantibus Nogaiæ Chanis, ipſique adeò Sinæ Imperatori affinis, omnibus Naturæ, omnibus Fortunæ bonis ornatus, in ipſo ætatis fervore, ſpretis voluptatum ac deliciarum lenociniis, ad literas & ad omnia magna & gravia tanto impetu fertur ?

Prætereà Longus eadem verba, eaſdem dicendi formulas ſæpiùs iterat : ſed hoc in Græcis Latiniſque Scriptoribus & ſæpiùs occurrit, & minùs offendit quàm in Gallicis; cùm tamen noſtræ nos linguæ inopia in eadem verba frequentiùs revolvere deberet. Sed ut ſæpè in uno eodemque homine, qui ſuam paupertatem diſſimulare cupit, cum egeſtate ſummâ ſummum luxum videas conjunctum : ſic & nos, non in hoc ſolùm, ſed in aliis multis, incredibili verborum faſtidio, tanquam nimis abundantes, laboramus, & hâc ſuperbiâ magnam nobis ipſi ſermonis partem abſciſam invidimus.

De noſtro ſatis æquum, & in multis verum, tulit judicium Huetius, p. 123 octavæ Ed. *de l'Origine des Romans* : Encore qu'on y reconnoiſſe le caractere de Sophiſte, tel qu'il étoit, par la rencontre affectée des mots, par le jeu & la conſonance des ſyllabes, & par les deſcriptions inutiles qu'il a tirées de ſes lieux communs ; néanmoins il eſt bien plus châtié que la plupart des anciens Romanciers, dont le ſtyle, plein de métaphores, d'antitheſes &

de ces figures brillantes qui ſurprennent les ſimples, & qui flattent l'oreille, ſans remplir l'eſprit, tient de l'Orateur & de l'Hiſtorien, & n'eſt propre ni à l'un ni à l'autre *. Au lieu d'attacher le Lecteur par la nouveauté des événements, par l'arrangement & la variété des matieres, & par une narration nette & preſſée, qui ait pourtant ſon tour & ſa cadence, & qui avance toujours dans ſon ſujet, ils eſſayent de le retenir par des deſcriptions pompeuſes, remplies de mots, & vuides de choſes, & pour parler comme Horace, par des bagatelles harmonieuſes. Ils l'écartent hors du grand chemin; & pendant qu'ils lui font voir tant de pays qu'il ne cherche point, ils conſument & uſent ſon attention, & l'impatience qu'il avoit d'aller à la fin qu'il cherchoit, & qu'ils lui avoient propoſée. Longus n'eſt pas tout-à-fait exempt de ce défaut; mais, comme s'il le ſentoit, il ſe retient & rentre promptement dans ſa matiere. Son ſtyle d'ailleurs eſt ſimple, aiſé, naturel & concis ſans obſcurité; ſes expreſſions ſont pleines de vivacité & de feu; il produit avec eſprit, il peint avec agrément, il diſpoſe ſes images avec adreſſe;

* Meritò enim de Heliodoro Huet. ibid. p.72: Photius loue l'élégance de ſon ſtyle; pour moi, je le trouve trop affecté, trop figuré & trop poétique. Il ſe plaît dans les deſcriptions; il s'y joue, & n'en peut ſortir. Il me paroît qu'il a imité celles de Philoſtrate. C'étoit la mode des beaux eſprits de ſon ſiecle, qui dura depuis les Antonins,

les caracteres ſont gardés exactement; les épiſodes naiſſent de l'argument; les paſſions & les ſentiments ſont traités avec une délicateſſe aſſez convenable à la ſimplicité des bergers, mais non pas toujours aux regles du roman; comme quand il fait commettre à Daphnis une infidélité par ignorance. Il ne péche guere contre la vraiſemblance, que dans les machines qui y ſont employées ſans diſcrétion, & qui ont corrompu le dénouement de la piece, aſſez heureux d'ailleurs, &aſſez agréable.

Hactenùs ſapientiſſimè Huetius: ſed quæ ſequuntur, ea haud ſcio an omnibus pariter approbaturus ſit: L'économie mal entendue de ſa fable eſt un défaut encore plus eſſentiel. Il commence groſſiérement à la naiſſance de ſes bergers, & ne finit pas même à leur mariage. Il étend ſa narration juſqu'à leurs enfants & à leur vieilleſſe. Quod quidem durius Huetii judicium comprobavit Baylius in Long. facetè addens: C'eſt ſortir entiérement du vrai caractere de cette eſpece d'écrits: il les faut finir

---

c'eſt-à-dire, depuis la décadence du bon goût, juſqu'à la ruine de l'Empire.

De multis ac graviſſimis Achillis Tatii vitiis vide eumdem ibid. Huet. p. 75 & ſeqq. cui tamen non aſſentior Heliodori ſtylo Achillis Tatii dicendi genus anteponenti, illudque brevius, liquidius & ſimplicius eſſe exiſtimanti, & in eo magis naturalem ac minùs fucatum agnoſcenti nitorem.

au jour des noces, & ſe taire ſur les ſuites du mariage: une héroïne de roman, groſſe & accouchée, eſt un étrange perſonnage. Sed Huetio & Baylio, in hoc quidem malè faſtidioſis, reſponderi poteſt, Longum ea quæ in ſenectute Daphnidi & Chloæ acciderunt, quæque ad eorum liberos pertinebant, non quidem narraſſe, ſed veluti aliud agentem & prætereuntem ità præmonſtraſſe, ut ipſemet in Iliade & in Odyſſeâ Homerus Achillis & Ulyſſis* mortem, ut Virgilius, Æneæ nepotum & eorum qui naſcendi erant ab illis, fata prænuntiavit. Qui in ſuaviſſimo Longi libello veluti habitaverunt, qui cum Daphnide & Chloë familiariùs, ut ità dicam, vixerunt, eorum caſibus & periculis fuerunt commoti, eorum adverſis doluerunt rebus, & proſperis lætati, eorum ſolidè gaviſi fuere gaudium, ii non ità placidè in præſenti illorum felicitatis imagine conquieſcent, ut non & interdùm avidè in futura promineant, Longum veluti interrogent, an firma & ſtabilia per multos annos permanſerint illa Fortunæ, quæ tandem cum iis in gratiam redierat, munera: candidum illum paſtorem, ingenuam illam puellam, quibus ſe ſemel addixere, in omnibus vitæ ætatibus & conditionibus conſtitutos proſequi amabunt; explorare conabuntur, an affluentibus derepentè deli-

(*) Vide Odyſſeam ψ, v. 281 & ſeqq.

ciis ac opibus ebrii, ingenuum illum candorem ac ſimplicitatem exuerint. Gratias agent Scriptori qui tacito eorum voto ultrò occurrens, omni ipſos liberavit metu, longam Daphnidis & Chloës annorum ſeriem, continua vitæ beatæ gaudia, formoſam formoſorum parentum ſobolem, circumfuſos, & illam ampliſſimam fortunam ſecutos, ovium greges, & pendentes de rupibus capellas, ac Daphnidis & Chloës, quos illarum nunquam pœnituit, ubique veſtigiis inhærentes, ſurgentem Amoris paſtoris aram (namque ille iis fuit ſemper deus), conditum Panis templum, & ornamenta illi antro addita, quod primis Chloës expoſitæ circumſonuit vagitibus; qui denique hæc omnia ipſis procul ac veluti obiter præmonſtravit, (v. p. 134 noſtræ Ed.) ſimulque paucis verſiculis multa, eaque cognitione digniſſima complexus, præmonuit, illos auream vitæ paſtoralis ſimplicitatem & alimenta & bona, ac puras ſemper retinuiſſe delicias, Nympharum ſervatricium, Amoris ac Panis cultui ſemper addictos fuiſſe, eaque ſuis liberis nomina indidiſſe, eas elegiſſe nutrices, quæ ſua ſibi ipſis incunabula quotidiè repræſentarent.

Quòd verò ab his ipſis Daphnidis & Chloës incunabulis ordiatur Longus, hoc Huetio ineptæ ac perverſæ œconomiæ vitium videtur: ſcilicet ille falsò ſibi in animum induxerat, Fabellarum amato-

riarum Scriptores iisdem quibus Poëtas Epicos, obnoxios eſſe legibus; & ut Homero reges & prœlia ac veluti claſſicum canenti, qui

Non gemino bellum Trojanum orditur ab ovo,

ſic Longo fiſtulam inflanti, diductum carmen dicenti, ac oves, ut ità dicam, paſcenti, in medias res non ſecùs ac notas auditorem * rapiendum fuiſſe: quod idem eſt ac ſi voluiſſet timidam & innoxiam virginem ſertis redimitam, ac in gemmeis laſcivientem pratis, inter arbuſta & humiles myricas, ad choreas, vel ad amœna Tempe, & amica ſoloque rivuli fugientis ſuſurro turbata, fortunati nemoris ſilentia, ubi hoſpitalem umbram conſociant illius amoris conſciæ arbores, eâdem viâ, eodem impetu præcipitem deferri, quo inter Iliacos campos ſanguine fumantes, & ferro ac flammis collucentes, torvus & totus ære rigens Achilles ad pugnam ruebat. Fruſtrà igitur dicit, p. 135, Longo facile fuiſſe ſuam fabulam ad Epici poëmatis normam fingere & componere, & ad illius regulas exigere; ſed eum videri has regulas aut ignoraſſe, aut ſpreviſſe: quod ego laudandum potiùs quàm

(*) Sic ſtatim ab initio lectorem ſuum in medias res veluti notas rapuit Heliodorus, qui ſuam Fabulam (ſed illam non paſtoralem, quod multùm diſpar eſt), ità præclarè orſus eſt, ut vix meliùs ſuas Homerus & Virgilius.

XXLVI

vituperandum cenſeo ; cùm diſſimillima non confundenda & commiſcenda ſint genera. Non igitur Fabulæ Mileſiæ Scriptor iis tenetur legibus quas ſic pro ſuo arbitrio tulit Huetius, p. 133 & ſeqq. J'appelle romans réguliers ceux qui ſont dans les regles du poëme héroïque. Les Grecs qui ont ſi heureuſement perfectionné la plupart des Sciences & des Arts, qu'on les en a crus les inventeurs, ont auſſi cultivé l'art romaneſque ; & de brut & inculte qu'il étoit parmi les Orientaux, ils lui ont fait prendre une meilleure forme, en le reſſerrant ſous les regles de l'Epopée, & joignant en un corps parfait les diverſes parties ſans ordre & ſans rapport, qui compoſoient les romans avant eux. Véritablement ils ne ſe ſont pas tous aſſujettis à ces regles.

Pergit Huetius dicendo, p. 126 : On peut remarquer pluſieurs traits que Longus a pris des autres Auteurs dont je viens de vous parler, ou qu'ils ont pris de lui : car on ne ſait pas leur âge, ni celui de Longus. Aucun des anciens ne parle de lui ; & il ne porte aucune marque qui donne lieu aux conjectures, ſi ce n'eſt peut-être la pureté de ſon élocution, qui me le fait juger plus ancien que les deux Auteurs précédents. (Theodor. Prodrom. & Euſtath.) Sic ſuprà dixerat, p. 120 : Les Paſtorales de Longus ont auſſi quelquefois ſervi de modele à Théodore Prodrome, & à Euſtathe, ou Eumathe,

ſi toutefois il eſt plus ancien qu'eux ; car on ignore en quel temps ils ont vécu. Il ſemble qu'Euſtathius tient de lui cette fine galanterie de faire ſervir Hyſmene à table, & préſenter le verre à Hyſminias, & de le faire boire par le même endroit que les levres de ſa maîtreſſe ont touché ; & que Théodore Prodromus lui doit le nom & l'emploi de Bryaxis *. Nunquam ſatis mirari queo quomodò doctiſſimus Huetius ut rem incertam & ambiguam ponere potuerit, abſurdis iſtis & ineptis medii ævi Scriptoribus, Theodoro Prodromo & Euſtathio, antiquiorem eſſe Longum, quem ſeptem minimùm ſeculis priorem eſſe ex ſolo dicendi genere conſtat. Deindè in eo falſus eſt Huetius, quod Theodori Prodromi ætatem ignorari affirmet. Ille enim, ut rectè obſervat Fabricius, Bibl. Græc. Lib. V, cap. 6, art. 10, vol. VI, p. 815, vixit circà ſeculi à Chriſto nato duodecimi initia, Alexio & deindè Johanne Comneno imperium tenentibus ; nec Eumathius ab eo ſeculo longè abeſſe potuit. Idem dicendum & de Nicetâ Eugeniano, qui Huetio notus non

(*) Sic de iisdem Theodoro Prodromo & Eumathio idem ibid. Huet. p. 119 : Ils ont copié Achille Tatius, plutôt qu'ils ne l'ont imité ; ils ne ſe ſont pas même donné la peine de changer les noms de Panthie & de Soſthene qu'ils ont pris de lui.

xxviii

fuit, & in ſuâ de Droſillæ & Chariclis amoribus Fabulâ Theodorum Prodromum manifeſtò expreſſit. Præthereà Huetius hîc conjicit à Longo Euſtathium ſumpſiſſe videri hoc elegans urbanitatis genus, quæ in eo poſita eſt, ut Hyſmina pocula miniſtrans inducatur, Hyſminiasque eâ parte bibat, quæ amicæ ſuæ labellis tacta fuerat; ſed has amantium delicias, non in Longo ſolùm, ſed in multis aliis Eroticis Scriptoribus, cum Baylio in Longum, paſſim obſervavimus.

De eodem Longo Huetius, p. 127: Il me paroît aſſez croyable que M. d'Urfé a pris de lui l'idée de ſes Paſtorales; ou que, s'il l'a priſe, comme tant d'autres choſes, & l'argument même de ſon Sireine, de la Diane de Montemayor, ou de l'Amynte du Taſſe, ou du Paſtor Fido de Guarini qu'il a auſſi pillé ſans ſcrupule, ou de quelqu'une des autres Paſtorales Italiennes qui ſont en ſi grand nombre, que Bartoli d'Urbin en avoit ramaſſé juſqu'à quatre-vingt, Longus, que ceux-ci ont vraiſemblablement imité, eſt le premier modele des uns & des autres; (Huetius obſervare debuiſſet Taſſi Amyntâ & Monte-Majoris Dianâ poſteriorem eſſe priorem Longi Editionem, quæ non prodiit niſi an. 1598; Monte-Major autem anno 1560, & Taſſus anno 1595, obierunt) quoique les Idylles de Théocrite, les Eglogues de Virgile, & toutes celles que les Poëtes

Grecs & Latins nous ont laiſſées, & même celles des Provençaux, puiſſent bien avoir contribué aux deſſeins de leurs ouvrages; & que, pour remonter plus haut, ce que nous avons des Anciens Hébreux en ce genre, dont on pourra bien tâcher d'imiter les agréments, mais qu'on n'égalera jamais, ſoit la ſource de toutes les Paſtorales.

Meritò autem Huet. p. 60, poſt Photium in Bibliothecâ, Cod. CLXVI, p. 363, obſervat, omnium ferè Fabularum Mileſiarum, quæ à Græcis conſcriptæ ſunt, ut à Luciano, Lucio, Jamblicho, Achille Tatio, Heliodoro, atque Damaſcio, (in hoc Photii loco nulla, quod mirum, Longi mentio; ſed, ut jàm obſervavit Huetius, p. 88, compertum eſt Photium, non de omnibus qui ipſum præceſſerant Auctoribus, ſed de iis duntaxat quos legatus in Aſſyriam legerat, locutum eſſe) fontem & exemplar fuiſſe illos viginti quatuor Incredibilium de inſulâ Thule libros, quos, præeunte quodam Antiphane, qui fuit etiam antiquior, non ità diù poſt Alexandri Magni tempora, ut Photius ſuſpicatur, compoſuerat Antonius Diogenes: ἔστι δὴ, ὡς ἔοικεν, οὗτος χρόνῳ πρεσβύτερος τῶν τὰ τοιαῦτα ἐσπουδακότων διαπλάσαι, οἷον Λουκιανοῦ, Λουκίου, Ἰαμβλίχου, Ἀχιλλέως Τατίου, Ἡλιοδώρου τε καὶ Δαμασκίου. Καὶ γὰρ τοῦ περὶ ἀληθῶν διηγημάτων Λουκιανοῦ, καὶ τοῦ περὶ μεταμορφώσεων Λουκίου, πηγὴ καὶ ῥίζα ἔοικεν εἶναι τοῦτο. Οὐ μόνον

ἀλλὰ

δὲ, ἀλλὰ καὶ τῶν περὶ Σινωνίδα καὶ Ῥοδάνην, Λευκίππην τε καὶ Κλειτοφῶντα, καὶ Χαρίκλειαν καὶ Θεαγένην, τῶν τε περὶ αὐτοὺς πλασμάτων καὶ τῆς πλάνης, ἐρώτων τε καὶ ἁρπαγῆς καὶ κινδύνων, ὁ Δέρκυλλις καὶ Κήρυλλος, καὶ Θρυσκάνος, καὶ Δεινίας ἐοίκασι παράδειγμα γεγονέναι..... Ἔστιν ὑπολογίσασθαι, ὡς οὐ λίαν πόῤῥω τῶν χρόνων τοῦ βασιλέως Ἀλεξάνδρου. Μνημονεύει δὲ οὗτος ἀρχαιοτέρου τινὸς Ἀντιφάνους, ὅν φησι περὶ τοιαῦτά τινα τερατολογήματα κατεσχολακέναι.

Longum autem primus Florentiæ, apud Philippum Junctam, anno MDIIC, Kalendis Auguſti, ſine verſione & cum notis, formâ quam vocant in-4°. edidit Raphaël Columbanius, vir non indoctus. Ille, in ſuâ Epiſt. nuncupatoriâ ad Baccium Valerium J. C. Equitem ac Senatorem Florentinum, à quo literatorum Mecænate plurimis ornatus fuerat beneficiis, hæc Longi Pœmenica accepiſſe ſe dicit e Bibliothecâ Aloiſii Alamannii, quem Græcarum literarum peritiſſimum vocat. Is eſt Aloiſius Alamannius, qui Sophoclis Antigonen Italicè vertit, referente Fabricio Bibliothec. Græc. L. II, c. 3, n°. 7, p. 289 primi vol. & ex cujus optimo Codice, anno 1518, excerpta fuerunt illa Scholia Græca vetuſta in Iliadem, quæ in calce Cantabrigienſis Editionis, anno 1689, in-4°, appoſita fuerunt, quæque cum omnibus omnium veterum Interpretum ſcholiis, ſeu jam editis, ſeu hactenùs ineditis,

d

ut Codicis Voſſiani Leidenſis à Cl. Valckenærio deſcripti, & Codicis Amſtelædamenſis, cumque excerptis e Cod. Lipſienſi Bibliothecæ Paullinæ, & e Cod. R. 2766, &c. ac cum perpetuâ in Iliadem & Odyſſeam metaphraſi Græcâ, iterùm publici juris faciet doctiſſimus Academiæ Franekeranæ Profeſſor, Cl. Waſſenbergh. Hunc Alamannium * Joh. Woweranus II, 10 Epiſtolar. in literis datis Florent. Cal. Septembr. 1601, laudatus à Fabricio, Bibl. Græc. L. V, c. 6, art. 13, p. 822 ſexti volum. ſcribit neſcio quæ Jamblichi inedita paraviſſe **.

* Minùs accuratè à Fabricio in Bibl. Græcâ, L. V, c. 6, art. 8, tom. VI, p. 813 & p. 822, Aloyſius Alemannius vocatur.

** Scilicet Editionem Jamblichi Babylonicorum de Sinonidis & Rhodanis amoribus, Suidæ, & Photio, Cod. XCIV, p. 237 & ſeqq. memoratorum, quæ poſteà à Jungermano & à Gilberto Gaulmino promiſſa fuit; cujus Fabulæ fragmentum ex Cod. Bibl. Florentinæ exſcripſit Iſ. Voſſius, referente Colomeſio, p. 16, & cum ſuâ verſione edidit Leo Allatius in Græcorum Rhetorum & Sophiſtarum excerptis, Romæ, anno 1641, in-8°, ſub falſo nomine Rhetoris Adriani. Hoc opus integrum delituit in Bibliothecâ Scorialenſi, quæ incendio periit, ann. 1671. De hâc autem Fabulâ Mileſiâ præter Fabricium loco citato, & Huetium, qui eam in Bibliothecâ Florentinâ ſervari (forte ex Colomeſ.) auctor eſt, p. 80 de l'Origine des romans, etiam Cl. Le Beau juniorem in Actis Academiæ Inſcriptionum, tom. XXXIV, p. 57 & ſeqq. jam adeundum monui. Horum Babylonicorum Editionem paraſſe Jungermanum diſertè docet Joſ. Scaliger. in

Narrat autem Columbanius in Epiſtolâ nuncupatoriâ, « ſibi, cùm hæc Longi Pœmenica diligen- » ter legiſſet, & cum doctis ſanè viris lectionem » illam communicaſſet, ità arridere cœpiſſe hunc » Auctorem, tùm ob ſermonis puritatem atque » elegantiam, tùm ob materiæ feſtivitatem, ut pro- » pè facinus ſe admiſſurum fuiſſe duxiſſet, ſi (quan- » tùm in ſe eſſet) hujuſmodi opus diutiùs in tene- » bris deliteſceret; præſertìm cùm ſciret illud à » ſtudioſis vehementer deſiderari. Verùm enim ve- » rò, inquit, duo me ſcrupuli malè habebant: alter

---

Scaligeranis ſecundis, p. 222, à Fabricio laudatus. Nollem autem eum eodem Cl. Fabricio in Bibl. Græc. L. V, c. 6, art. 13, pag. 822 ſexti vol. indè colligere, Jungermanum Jamblichi Editionem promiſiſſe, quod ipſe in Præfatione ſuo Longo præfixâ affirmet, ſe daturum operam ut alium mox Scriptorem amœniſſimum & hactenùs *ἀνέκδοτον* publicè habeat Lector, ſi ipſi faverit. Nam per hunc amœniſſimum & hactenùs *ἀνέκδοτον* Scriptorem deſignare potuit Euſtathium, ſeu potiùs Eumathium, de Hyſmine & Hyſminiâ, quem interdùm in ſuis ad Longum notis laudat, quem amœniſſimum vocat, p. 223, & de quo dicit, p. 215: « non « queo contineri quin huic ſaltationi fortè illuſtrandæ adpo- « nam non diſſimilem picturam, quæ apud floridiſſimum « illum Eumathium, ſive is Euſtathius eſt, videtur, L. IV, « *ἔρωτος Ὑσμινίῳ*, præſertim quùm hactenùs tantùm in « Mſs. legantur ». Præterea idem ibid. Fabricius, art. IX, p. 815 ex Epiſtolis Gudianis, p. 210, obſervat Editionem hujus Euſtathii molitum Jungermanum, morte præventum fuiſſe Hanoviæ, anno 1710.

» quod cùm Alamannii Codex ſolerter à quopiam » collatus anteà fuiſſet cum alio exemplari, non-» nullæque variæ in ejus margine lectiones appoſitæ » eſſent, non valdè mihi perſpicuum atque comper-» tum erat, nùm eſſet quandòque à contextu receden-» dum, illis in ejus locum receptis, quæ in margine » legerentur. Quâ in re operam mihi ſuam, non » ingratam illam quidem, navarunt viri omnium » literatiſſimi atque officioſiſſimi, Herricus Cuffius, » Anglus*, ac Marcellus Adrianus, Florentinus. » Horum etenim perſpicaci judicio meum reddidi » exemplar quàm fieri potuit maximè expurgatum. » Alter ſcrupulus erat, locos aliquot, qui manci » eſſe videbantur, ſi quâ ratione poſſem, ope ali-» cujus fidelioris exemplaris, reſtituere, ac vulnera, » quæ jucundiſſimo Scriptori inflicta forent, peni-» tùs ſanare. Cui profectò rei, vir doctiſſimus, li-» terisque humanioribus reſtituendis natus, Fulvius » Urſinus, magno quidem auxilio fuit; quippè qui » noſtrum Codicem cum tribus ſuis Mſſ. Romæ » contulit, lectionumque diverſitates ad nos trans-» ferendas amantiſſimè curavit : totum tamen ex

* Alium Anglum, nomine Richardum Thomſon, virum, ut dicit, humaniſſimum ac doctiſſimum, quemdam e Sexti Empirici, tunc inediti, Codice manuſcripto locum ſibi exhibuiſſe, & aliàs ſibi in hâc Editione profuiſſe teſtatur, paginâ 92 ſuarum Notar.

» animo meo ſcrupulum evellere nequivit. Si qua » igitur loca mutila adhùc reſtant, alius quiſpiam » Codices nactus fideliores, iis medicinam afferet, » ſuumque nitorem ac dignitatem pulcherrimo » Auctori aliquandò reſtituet. Ego quod potui, id » alacriter ſedulòque præſtiti. Ad calcem verò » operis, ſcripturæ varietates tùm noſtri Codicis, » tùm Urſinianorum attexui, quò Lectori, ejus, » quam vellet, lectionis ſequendæ optio daretur. » Quibus nonnulla etiam, te præcipuè jubente, » inſerui *; paucula mehercule ac tenuia, quæ, dùm » liber excuderetur, in rudiorum gratiam obiter » adnotanda ſuccurrerunt ».

Ipſa Columbanii verba, quamvis longiuſcula, ideò repræſentavi, quòd ejus editio non temerè obvia, cujuſque uſum doctiſſimorum Bibliothecæ Mazarineæ Cuſtodum humanitati debeo, in paucorum ſit manibus, quòdque in hâc Epiſtolâ nuncupatoriâ multa ad Longi textum pertinentia ſcituque digniſſima occurrant. Eò autem laudabilior eſt accuratiſſima Columbanii, in ſuæ Editionis fontibus & ſubſidiis indicandis, diligentia, quò rarior erat illis temporibus, quorum tarditate, ut verè inquit Cl. Reiskius in Præfatione ad ſua Polybiana, Animadv.

* Interdùm in ſuis notis nonnulla Achillis Tatii qui nondùm lucem viderat, loca contulit.

ad Græcos Auctores, vol. V, p. 772, factum eſt, ut in nugis illi conſumerent ſuas Præfationes; quæ rem continerent, ea præterirent; qui fuiſſent ſui Codices, undè extracti, quâ fide ipſi verſati ſint in iis exprimendis, quid ipſorum ingenio, quid librorum auctoritati in acceptis referendum ſit, ea omnia tacita transmitterent. Confer eumdem ibid. p. 774. Idem ibid. vol. II, p. 115 Præfat. ad Animadverſ. in Plutarchi opuſcula : « dolendum utique primos illos, & primis proximos veterum librorum » Editores, aut nullas addidiſſe ſuis Editionibus » Præfationes, aut eas in locis communibus, iisque levis plerùmque momenti, conſumpſiſſe; » quod autem noſtrâ maximè intererat noſſe, » quibusnam e Codicibus ſuas Editiones duxiſſent, » & cujus notæ fuiſſent illi Codices, & ſuone ipſi » aliquid ingenio, & quantùm, indulſiſſent in refingendis Auctorum verbis, id verò tanti non » feciſſe ut ſignificarent, tanquam ea res levis & » nulli uſui futura eſſet ». Vel ſic tamen in omnibus omnium Græcarum & Latinarum Editionum quæ vocantur principes, Præfationibus & Epiſtolis nuncupatoriis multa continentur quibus literarum renaſcentium, & virorum qui primi eas coluerunt ac foverunt, hiſtoria mirè illuſtretur. Undè omnium illarum Præfationum ſimul conjunctarum Editionem cum notis criticis & hiſtoricis jàm dudùm molior;

quæ tamen non priùs prodibit, quàm noſtram Cornuti & Imperatricis Eudociæ Editionem, noſtramque abſolvero Phyſicam Stoicorum Theologiam, & Palæographiam Criticam de quâ pauca dixi pag. 262 & 263 noſtrarum Animadverſion. ad Longum.

In hâc autem Epiſtolâ nuncupatoriâ vides Columbanium candidè & ingenuè fateri ſibi non valdè perſpicuum & compertum fuiſſe, nùm eſſet quandòque à contextu recedendum, ſeque in variantium lectionum delectu incertum hæſiſſe ac fluctuaſſe. Enim verò haud paulò meliores Urſini Codicum lectiones, quibus maximè commendatur illa princeps Editio, in textum non ſolùm Columbanius, ſed etiam poſteriores Editores qui illi preſſiùs & religioſiùs inſtiterunt, ſæpiſſimè recipere debuiſſent. Doctiſſimus Fulvius Urſinus qui has lectionum varietates ad eum transferendas curaverat, ſuum etiam ubique de iis interpoſuerat judicium, illudque ferè ſemper ſapientiſſimum ac certiſſimum, ut obſervat Jungermanus, paginâ 198 Notarum, ideòque à nobis fideliſſimè cum omnibus omnium Codicum & Editionum variantibus lectionibus repræſentatum. Urſinum autem tres ſuos optimæ notæ Codices non integros à capite ad calcem cum Florentino Aloiſii Alamannii Codice, ſed duntaxat in quibusdam locis contuliſſe, ex eo patet

quod ipſe Columbanius ſic ſcribit, p. 82 Notar. » Ità ex Cod. Urſin. locum concinnavimus. Is enim » antequàm nos hunc librum impreſſioni ſubjicien- » dum traderemus, locos aliquot cum ſuis Codici- » bus collatos, Româ ad nos remiſerat ». Et his quidem variantibus lectionibus ab Urſino collectis magnâ ex parte conſtant illæ notulæ quas ſuæ ſubjunxit Editioni Raphaël Columbanius, cujus Manibus benè ſit, quòd elegantiſſimum illum Auctorem primus e tenebris in lucem evocavit.

Hanc Juntinam proximè excepit illa quam ideò vocare ſolemus Commelinianam, quòd eam Juda & Nicolaus Bonvitii, Heidelbergæ, anno 1601, in-8°. pridiè Cal. April. typis Commelinianis expreſſerunt. Illi non ſolùm gratam, ut in ſuâ ad Janum Gruterum Epiſtolâ nuncupatoriâ dicunt, ſororii ſui defuncti Hieronymi Commelini conſervare memoriam, ſed operarum etiam quas feliciter ille inchoaverat, pertexere telam ſtudentes, ideòque Achillis Tatii, antè quadraginta ſeptem annos latinè tantùm typis Hervagianis excuſi, paratam ab Hieronymo Commelino, qui in Palatinâ Bibliothecâ Græcum Tatii Codicem nactus fuerat, Editionem ſuſcipientes, Tatio Longi Pœmenica & Parthenii Erotica, ſimilis argumenti libellos, adjunxerunt, hortante Jano Grutero; cui hoc chartaceum, ut eorum verbis utar, munus obtule-

runt, optantes ut eum ardenter amaret illa, quam ſibi novam tertii conjugii ſponſam brevì ducturus erat.

Bonvitii autem Florentinam Longi Editionem ità deſcripſerunt, ut notis variantibusque lectionibus omiſſis, nihil de ſuo niſi operarum vitia adderent, & textui Græco e regione apponerent liberrimam quidem illam, ſed ſatis elegantem Longi Paſtoralium metaphraſin, ſeu potiùs imitationem, à Laurentio Gambarâ Brixienſi jàm tùm ſene, verſibus heroicis conſcriptam, Antonio Perenotto, Cardinali Granvelæ, & in regno Neapolitano pro Rege, dedicatam, Antuerpiæ primùm cum cæteris illius Poëmatibus, anno 1569, in-4° excuſam, & deindè à Cl. Bodeno in novâ Longi Editione repetitam.

De hâc autem metaphraſi verè dixerunt Jungerman. in Præfatione ad Longum, & Voſſius, p. 517 de Hiſtoricis Græcis, laudatus à Fabricio in Bibl. Græc. L. V, c. 6, art. 8, tom. VI, p. 613, non eo fine Gambaram ſuos expoſitos ceciniſſe, quòd voluerit Interpretem Longi agere; ſed liberè adeò, ut ſæpè vix Longum agnoſcas, multa addere, demere, mutare: ut taceam, inquit idem Voſſius, quòd ſæpè nec mentem Longi fuerit aſſecutus, quippè Poëta melior quàm Græcè intelligentior.

His longè præſtantior exorſus eſt doctiſſimus

& modeſtiſſimus Gothofredus Jungermanus, Caſparis Jungermani, Juris in Academiâ Lipſienſi Profeſſoris filius, magni Joachimi Camerarii, cui tantùm renaſcentes debuerunt literæ, ex matre nepos, & frater Ludovici Jungermani, inſignis Botanici, à quo ſuum nomen traxit quædam planta. Ille Hanoviæ, typis Wechelianis, apud Claudium Marnium & hæredes Johannis Aubrii, anno 1605, in-8°, optimam protulit Longi Editionem cum ſuâ verſione Latinâ ad latus appoſitâ, ſed illâ minùs eleganti, ſuiſque eruditiſſimis notis ad voluminis calcem rejectis. Textum quidem ſuo conſobrino Ludov. Camerario *, Notas verò Johanni Friderico Wolfeshuſio, Phyſices in Academiâ Lipſienſi Profeſſori dicavit. In ſuis notis plurima & Longi, & aliorum Scriptorum, loca feliciter illuſtrat, emendat, aliorum emendationes confirmat, multa ſimilia loca appoſitè confert, conjecturas ſuas, ut plurimùm veriſſimas, modeſtè proponit, ab aliis verecundè diſſentit, ſuum cuique religioſiſſimè tribuit, quid

* Hic Lud. Camerarius primò Electori Palatino à Conſiliis, & deindè Sueciæ Regis Legatus fuit ad fœderatos Belgas. Jungermanus autem apud Wechelii hæredes Correctoris munere functus fuerat, quod multi doctiſſimi præſtantiſſimique viri non aſpernati ſunt, ut Berglerus, Sylburgius, &c. & priùs M. Muſurus, & Jo. ille Laſcaris, atavis editus Imperatoribus, qui Venetiis in Aldi Manutii Typographiâ Corrector fuerat, & deindè Ludovici duodecimi Legatus

Rhodomano, quid Criticorum debeat libris, quot in locis eum hærentem extricaverit per literas conſultus ipſius amicus Daniel Heinſius, candidè indicat; quæ ignorat, ea ingenuè fatetur, cum Sophocle exclamans, p. 210:

Ἐγὼ δὲ ἐφ᾽ οἷς μὴ φρονῶ, σιγᾶν φιλῶ.

Ultrò ſua vineta cædit, ſuos agnoſcit errores, & veras aliorum emendationes ſuis protinùs rejectis præfert. Erat ei animus, ut in ſuâ ad Wolfeshuſium Epiſt. nuncupatoriâ, p. 195, monet, politiores dare notas & copioſiores: « verùm, inquit, accidit ut » tumultuariè valdè hæc res mihi deproperanda » fuerit, ne quid dicam de meo tunc languore ».

Dolendum quidem hanc operam ab illo eruditiſſimo & κριτικωτάτῳ viro tunc languente tumultuariè deproperatam fuiſſe; nam certè omne tuliſſet punctum, & omnia quæ dicenda erant, occupaſſet, ſi ei otium, firma valetudo, ac Regiorum Codd. & Criticorum illius ævo poſteriorum, ſubſidia contigiſſent. Nunc autem multa explicanda,

---

Venetias miſſus eſt. Vide J. Conr. Zeltneri Centuriam eruditorum in typographiâ Correctorum. Miror autem Abrahamum Trommium, quiſnam eſſet ille Jungermanus videri ignoraſſe, cùm hæc ſcriberet in ſuâ de erratis Admonitione Græcis LXX Interpretum Concordantiis præfixâ: « Kircherus olim QUEMDAM Gothofredum Jungermanum ſummoperè laudabat, quòd, ſe abſente, egregiam operam, ad prælum ſingula relegendo repetens, præſtiterit.

Digitized by Google

reſtituenda, addenda, conferenda, opus denique imperfectum reliquit. Sæpè in ſuâ verſione ſuiſque notis verum Longi ſenſum, veram in textu lectionem non aſſecutus, humani aliquid paſſus eſt. Pravo inſtituto, egregias Urſini Codicum lectiones in textum recipere, & falſas Florentinæ ac Commelinianæ Editionum ejicere ità neglexit, ut hujus quam typothetis exprimendam tradiderat, operarum vitia & retinuerit, & novis cumulaverit. Prætereà dùm textum parabat Editioni, ſuaſque conſcribebat notas, Florentinâ Editione (adeòque eximiâ illâ Urſini Codicum collatione) caruit, eamque non accepit niſi poſteà ab Hœſchelio, cùm inter excudendum, ut ait p. 241, pagellas ad ſe miſſas percurreret. Illius Juntinæ variantes lectiones à Laurentio Reichio, ſed parùm fideliter, ut apparet, excerptas, ſibique Lugduno-Batavorum ſubmiſſas, ſe duntaxat priùs habuiſſe, ipſe in ſuâ teſtatur Epiſtolâ nuncupatoriâ notis præpoſitâ, p. 194.

Jungermano in hâc palæſtrâ ſucceſſit homo longè diſpar, ſivè doctrinam, ſivè ἀγχίνοιαν & εὐστοχίαν Criticam, ſivè ingenuum candorem & modeſtiam ſpectes. Loquor de Petro Mollio, Snecæ in Friſiâ nato, J. U. D., & Græcæ linguæ Profeſſore Ord. in Acad. Franeker. qui anno 1660, ſumptibus Johannis Arcerii, Longi Pœmenica cum ſuâ verſione & notis ad calcem rejectis edidit, γεγονὼς

ἡλικίας ἤδη προόσω, ut ipſe ait in ſuâ Dedicatione. Is Editionem Florentinam typothetis ità exprimendam dedit, ut tamen illius textum, ope Urſini Codicum, quorum collationem in notis dedit Columbanius, quibusdam in locis, ne præmonito quidem Lectore, emendaverit, nec unquam ferè in ſuis indicaverit Animadverſionibus ſe hanc aut illam lectionem ex Urſini Codicibus in textum recepiſſe. Plurima Ed. Flor. typographica σφάλματα in Mollianâ repræſentata ſunt, multa quoque addita; & interdùm duæ aut tres voces continuæ, & quædam inciſa orationis membra, non in illâ ſolùm omiſſa fuerunt, ſed etiam in proximè ſubſequentibus duabus Pariſienſibus, quæ Mollianam religioſiùs ſecutæ ſunt.

Sic in recentiori Ariſtidis Editione quam curavit Jebb, ſæpè ſingulos binosve verſus totos perperàm omiſſos, obſervavit Cl. Reiskius, quem vide, paginâ 9, vol. III Animadverſ. ad Græcos Auctores. Sic Cl. Lambertus Bos in ſuis Animadverſionibus ad Scriptores quosdam Græcos, p. 171 & ſeqq. triginta novem voces, ſeu potiùs minutos articulos, à literâ M incipientes, in Kuſterianâ Suidæ Editione omiſſas, at in Baſileenſi & Porti Edd. occurrentes, recenſuit. Sic primæ omnium Mediolanenſis in Suidâ reſtituendo uſum agnoſcit Cl. Toup. in Præfatione quam ſuis auteis in Suidam

emendationibus præpoſuit ille vir ſummus & κριτικώτατος. Sic elapſum in Barneſii Editione verſum ex Aldinâ Euripidis Editione revocavit feliciſſimus ille Euripidis medicus, Cl. Muſgrave. Undè ſemper & interrogandæ & conferendæ ſunt illæ principes quas vocant Editiones: cùm, ut ait Cl. Reiskius, in Præfat. ad ſua Polybiana, p. 773 & ſeqq. vol. V Animadverſ. ad Græcos Auctores, non minùs benè de vetuſtis Auctoribus mereantur ii, qui bonas lectiones à poſteriorum Editorum inſcitiâ & levitate loco depulſas & in exilium quaſi ablegatas, e ſitu primarum Editionum, incultiorum quidem illarum, ſed multò fideliorum, revocent & quaſi reſuſcitent, & demonſtrent ignorantibus, dubitantibus commendent, quàm qui ſuo marte veras lectiones reperiant, & ex ingenio ſuo reſtituant. Idem ibid. in tertii volum. Præfat. ſe ſummi facere affirmat principes quaſque veterum Auctorum Editiones, ex quo ſibi conſtitir, vel ſummos viros & de literis aliàs optimè meritos, pro bonis vetuſtis lectionibus, quas non intelligerent, ingenii ſui commenta, ſæpè illa vaniſſima, nobis obtruſiſſe; quæ nos, inquit, rei geſtæ ignari, bonâ fide pro veterum Auctorum oraculis & in elegantiis habemus; tametſi nunquam illis ea in mentem neque venerunt, neque potuere venire. De hâc Editorum licentiâ ſic elegantiſſimus Muretus Var. Lect. L. IX,

c. 19, conqueſtus eſt : » vetera quædam vocabula » ſunt apud Ciceronem, corrupta ab iis qui quic- » quid minùs uſitatum eſt, pro ſuo jure expungere, » & quicquid collibuit, ſubſtituere audent, etiam » invitis (nam hoc nonnunquam profitentur) & » reclamantibus omnibus libris. Quorum niſi re- » gatur & coërceatur audacia, paucis annis in Ci- » cerone minima pars Ciceronis futura eſt ». Hùc adde quòd ſcribendi compendia quæ in principibus Edd. non rarò occurrunt, ſæpiſſimè non aſſecuti ſunt poſteriores Editores. Et hoc quidem plurimis in noſtrâ Palæographiâ Criticâ declarabimus exemplis. Quamobrem doctiſſimis illis viris quibus Germania & Suecia, &c. abundant, quique carent Codicibus, valdè auctor ſum, ut ad principes Editiones, quæ inſtar ſunt Codicum quos fideliſſimè repræſentant, conferendas animum appellant.

In noſtris autem Animadverſionibus obſervavimus Mollium nullo uſum fuiſſe libro manuſcripto, quamvis interdùm ſuum Codicem memoret : ſed per ſuum Codicem, quod & probavimus, & plurimorum locorum comparatione confirmari poſſet, Florentinam deſignat Editionem. Et hoc quidem patet ex hâc ipſius admonitione quam ſuis præpoſuit notis, & in quâ ſic loquitur : « Titulus noſtri » CODICIS EDITI ab eruditiſſimo viro Raphaële

» Columbanio, &c. EXCUSI Florentiæ, apud Phi-
» lippum Junctam &c. ». Verum Longi ſenſum in quibuſdam ſuæ verſionis locis feliciùs, ſed in multis ſeciùs quàm Jungermanus expreſſit, & ſermonis elegantiam non magis conſecutus, doctiſſimo illi viro ſæpiſſimè ità cedit, ut tamen eo interdùm præſtet. In notis autem longè inferior, ſeu potiùs omninò nullus, præter ineptas & pueriles obſervationes, & e trivio arreptas etymologias, nihil ferè proprium habet; quod ſemper demonſtrare potuiſſemus, & nonnunquam patefecimus. Columbanii & Jungermani notas confidentiſſimè & ferè ad verbum deſcribit: Victorii, Caſauboni, Heraldi, aliorumque Criticorum, quorum indicationem & aliis debet, ſcrinia ità compilat, ut eos ne nominet quidem. Nunquam impudentiorem vidi plagiarium, vel in iis in quibus furacem manum minimè ſubodorari poſſis. Sic, exempli gratiâ, in illa paginæ tertiæ noſtræ Ed. verba, *διείληπται γὰρ εὐρίποις*, hæc annotat, pag. 4 ſuarum Animadverſ. « Euripus,
» anguſtum mare, vel aquoſus locus inter duas
» terras, hoc eſt, inter Bœotiam & Atticam: ſep-
» ties autem quotidiè ejus aqua mutatur. Hinc ri-
» vuli quoque e mari, aut alio flumine, per locum
» aliquem deducti, Euripi nomen adepti fuere.....
» Tales rivuli noſtratia oppida in Friſiâ pulcher-
» rimè diſtinguunt ac diſſecant. Olim Romæ in
profanas

» profanas ædes aquæ circum theatra, per fiſtulas aut
» tubos emiſſæ, Euripi dicebantur ». Hæc autem
Columbanio ſublegit ſic habenti, p. 79: « Euripus,
» maris pars inter Aulidem, Bœotiæ portum, & Eu-
» bœam inſulam, ſepties die ac nocte reciprocans.
» Undè rivuli quoque e mari, aut alio flumine, per
» locum aliquem derivati, Euripi nomen adepti fue-
» re; quales ii ſunt qui Venetorum urbem pulcher-
» rimè diſtinguunt ac diſſecant. Aquæ item Romæ
» olim in profanas ædes, circum, theatra, per fiſtulas
» aut tubos immiſſæ, Euripi dicebantur ». Hinc in
Mollio, pro circum theatra, lege, commate inter-
poſito, circum, theatra; niſi credere malis eum Co-
lumbanii quem deſcribebat, verba non intellexiſſe;
quod innuere videretur illius verborum conſtruc-
tio. Ut ut ſit, vides callidum illum furem, in Ve-
netorum urbis locum, Friſiam ſuam peritè repo-
ſuiſſe. Sic p. 14 ſuarum Animadverſ. deſcripſit Co-
lumbanii notam in hæc verba pag. 11 noſtræ Edit.
ἐκ ἀκριβὴς τῶν ἐν ποσὶν ἦν, & in hæc p. 12, ἐπὶ
τοῦ χείλους ἑστῶτες, &c. &c. Sic ferè omnes paulò
copioſiores Columbanii notas; paucis admodùm
verbis immutatis, ſuas facit; quod cuilibet utrius-
que Animadverſiones conferenti facilè patebit.
Omnes ferè ſuas emendationes debet variantibus
Urſini Codicum lectionibus, quas Columbanius
ſuis immiſcuit notis, quasque Mollius, ſemper

Codicibus diſſimulatis, pro ſuis venditat conjecturis, ſuoque tribuit ingenio, contentus ſemel hoc monitum ſuis præpoſuiſſe Animadverſionibus: «Titulus noſtri Codicis, editi ab eruditiſſimo viro » Raphaële Columbanio, cujus emendationibus » variiſque lectionibus me plurimùm hocce in » Græco emaculando contextu uſum fuiſſe ingenuè » fateor, accepti ex Bibliothecâ Aloiſii Alamannii, » excuſi Florentiæ, apud Philippum Junctam, ann. » MDLXXXXVIII, hoc modo conceptus erat.

Fruſtrà, pag. 108 ſuarum Animadverſ. Jungermani verſionem vidiſſe ſe negat, niſi ſuâ jàm typis excusâ, & in ſuâ Præfatione affirmat, latinitate unquàm donata fuiſſe hæc Longi Paſtoralia (quod quidem, inquit, re diligentiſſimè quæſitâ ſcire potuerit) ſe deprehendere nequedùm quiviſſe: attamen ſuâ verſione jàm typis mandatâ atque excusâ, aliam eſſe ſuâ priorem ſibi ſignificaviſſe Anchiſen ab Andalâ, Medicinæ Doctorem. Mecum enim Cl. Boden in ſuâ Præfatione jàm obſervavit, rem ipſam docere, paratam huic ingenio fuiſſe diſſimulationem, quâ ſingulare plagium protegeretur; & multa ineſſe, clàm Jungermano ſubtracta, quæ voluit Snecanus ſuo ex ingenio peperiſſe videri. Ut Columbanii, ſic integras Jungermani notas ferè ſemper deſcribit, eumque ne nominat quidem, niſi p. 15, 47, 51, 80 & 108. Imò vel in ſuâ De-

dicatione, hunc e Jungermani Præfatione mutuatus eſt Plinii locum, ubi agitur de quibuſdam hominibus omnia culpantibus, & ad venena naſcentibus, qui obvios quoſque vetant agere, aut prodeſſe vitæ, nec ullum aliud abominati ſpiritûs præmium novere, quàm odiſſe omnia. Miror eum non ſimul & egregios illos attuliſſe Joſephi Scaligeri verſus ab eodem Jungermano laudatos:

Quò te ambulando cumque vertis gentium,
Vitare non eſt diſputatorum genus,
Pugnax, protervum, faſtuoſum, garrulum.

Poſt Mollianam ea prodiit quam primam Pariſienſem ideò vocare ſolemus, quòd, incerto Auctore, ſine ullâ Præfatione, cum verſione Mollii ad latus appoſitâ, & cum nonnullis conjecturis & emendationibus, nec iis ſpernendis, quæ in ipſomet textu ſuo quæque diſpoſitæ ſunt loco & uncis incluſæ, Lutet. Par. anno MDCCLIV, typis elegantiſſimis, in-4°, ſumptibus, ut aiunt, Bibliopolæ Neaulme, excuſa fuerit. In illâ, ut jàm diximus, ea omnia deſiderantur quæ, operarum vitio, ex Editione Mollianâ exciderant, hujusque typographica menda novis, ut ferè fit, cumulata ſunt. Diſtincta eſt, ut tituli verba repræſentem, viginti novem figuris æri inciſis à B. Audran, juxtà delineationes Celſiſſimi Ducis Aurelianenſ. Philippi; accedunt alia ornamenta, partim ab A. Cochin, partim à

C. Eiſen adornata, ut idem titulus præfert, & à Simone Fokke in æs eleganter inciſa.

Poſteriorem Editionem Pariſienſem, elegantiſſimis Fr. Ambroſii Didot typis expreſſam, & nonnullis variis lectionibus, iisque ad calcem rejectis, ornatam, ſine verſione, Lutet. ann. MDCCLXXVI, apud Guillelmum De Bure, in-12, prodire juſſit vir longè eruditiſſimus nobisque amiciſſimus, multis, iisque egregiis in omni genere, operibus, inter quæ eminent, abſolutiſſima Leibnitii Editio, *Origine des Découvertes attribuées aux Modernes; Explication de quelques Médailles Grecques & Phéniciennes, avec une Palæographie numiſmatique, &c. &c.* jure ac meritò celeberrimus, Ludovicus Dutens, Turonenſis, Dei, & olim Regis Angliæ in Aulâ Taurinenſi Miniſter. Is nitidæ ſuæ Editionis ducenta tantùm excudi voluit exemplaria; quorum centum quidem amicis ſuis dono dedit, centum verò divendenda permiſit: ut prioris Editionis Pariſienſis nonniſi CXXV exempla negotiatori librario æs meruiſſe auctor eſt in ſuâ Præfatione Cl. Boden.

Ille Cl. Benj. Gottlib Laur. Boden, doctiſſimus nobisque amiciſſimus Poëſeos Profeſſor ordinarius apud Vitebergenſes, cui multùm jàm debent literæ Græcæ, eidem mox plura debituræ, qui eruditiſſimis Diſſertat. & optimâ Achillis Tatii Edit. inclaruit,

qui cæterorum Eroticorum Scriptorum ac Geoponicorum Editionem parat, à cujus denique ingenio & induſtriâ omnia præclara expectanda ſunt, Lipſiæ, in-8°. ſumptibus Johannis Friderici Junii, anno MDCCLXXVII, recentiſſimam curavit Longi Editionem, quæ in omnium manibus verſatur omnibusque notiſſima eſt, cujusque, ut omnium aliarum Editionum accuratiſſimam & collationem & recenſionem in noſtris exhibuimus Animadverſionibus, ubi omnes receptas ab unoquoque Editore & lectiones & interpretationes, noſtro judicio interpoſito, diligentiſſimè perpendimus, cauſasque exponimus, quibus adducti à præcedentibus Editoribus infinitis in locis diſcedere coacti fuimus.

Quid autem novum in hâc novâ Editione attulerimus, quot eam acceſſionibus & emendationibus locupletaverimus, quæ denique fuerit noſtri inſtituti ratio, ideò paucis tradendum eſt, ne quis, poſt ſeptem Longi Editiones, quarum præſertim tres à tribus multò doctioribus & acutioribus viris, Cl. Jungermano, Cl. Dutens & Cl. Bodeno, curatæ ſunt, hanc noſtram inutilem & ſupervacaneam eſſe arbitretur.

Ac primò quidem textum ſæpiſſimè reſtituimus ope trium Longi Codd. Reg. quorum, pro ſuâ humanitate, uſum nobis benignè conceſſit Cl. Bejot, Bibliothecæ Reg. Codd. Cuſtos, & Regiæ Inſcrip-

tion. Academiæ ſocius. Tres illi Codices, quorum primus in-folio, numero 2895, ſecundus in-4°, n°. 2903, tertius in-12, n°. 2913 notatus eſt, quamvis recentiſſimi, & decimo ſexto ſeculo ſcripti, plurimas, easque optimas, lectionum varietates nobis ſuppeditaverunt. Ut ordine, ſic variantium lectionum copiâ & præſtantiâ, cæteros anteit primus, quem ſatis longo ſequitur intervallo ſecundus: illis multùm cedit tertius, longè infrà ultimo ponendus loco, & in cujus fine ſex verſiculi deſunt, & hæc, eâdem quâ exaratus fuit manu, ſubſcripta ſunt: *Romæ ad Fulvii Urſini exemplar emendatus*, 1597, *amore amoris tui*. Enimverò non paucæ ad ejus marginem conjectæ ſunt variæ lectiones & emendationes, quas omnes vitia textûs, in hoc Codice frequentiſſima, compenſantes, exhibuimus, quarumque pars incerti earum Auctoris ingenio, vel ignotis Codicibus, pars verò Urſini, qui non ſemel in iis laudatur, Exemplari debetur, nec e Florentinæ Editionis collatione, quæ ſequenti anno prodiit, derivari potuit; quem noſtrarum Animadverſionum, p. 46, errorem hîc corrigimus. In primo autem Codice, Longo ſubjunctus eſt Eumathius, ut in tertio, Achilles Tatius, & in ſecundo, primi ejusdem Tatii libri initium, usque ad p. 60 Ed. Cl. Bodeni.

2°. Magnum quoque nobis in emendando textu

x L

auxilium attulit trium Urſini Codicum, & variarum lectionum in Florentini Codicis margine appoſitarum collatio, primæ omnium Editioni Juntinæ ſubjecta. Ut e tribus Regiis, ſic ex his quatuor, Florentino & Romanis, Codicibus, plurimas optimas lectiones, receptis longè anteponendas, & interdùm etiam duos continuos verſiculos qui in Edd. deſiderabantur, in textum revocavimus. Nam, ut rectè monet Cl. Reiskius, in Præfat. ſuæ Dionyſii Halicarnaſſ. Ed. p. 17: « Lectionem meliorem quæ » in promptu ſit, ſcientem atque volentem poſthabere ſequiori, cujus alia nulla laus ſit præter hanc, » quod per duas Editiones tuâ vetuſtiores pervaſerit, & ab anteceſſoribus tuis tibi tradita ſit, non » quò tu eam propagares certâ fide, ſed judicio » ponderares, atque datâ facultate cum aliâ permutares, dedecus hoc eſt non minus eo, ſi, ſuperſtitione captus, exempli tui manifeſtas mendas » typographicas ſervandas atque propagandas cenſeas. Cur, inquit, conquirimus collationes Codicum manuſcriptorum, ... ſi nolumus illis uti, » ſi ad marginem quaſi ſentinam eas deprimimus, » ſi textum ad poſteros prodimus nil emendatiorem eo, quem à majoribus acceperamus. Stulti » ſit & incaſsùm laborantis, aut bona ſua non intelligentis, paratis bonis nil uti, quorum tibi » magno conſtitiſſet acquiſitio. Si Editorum quiſque

« ſic agat, inquit idem Reiskius, perpetuùm habe- » bimus irà conſpurcatos & lectioni atque tracta- » tioni inhabiles Auctores, quales ab Aldis aut Ste- » phanis primis fuere proditi ». Neminem autem tam ſuperſtitioſum fore puto, ut nobis ſuccenſeat quòd in hâc noſtrâ Longi Editione, præter alia infinita, etiam ſolœciſmos, & barbaras illas emendaverimus voces, quæ ſuperiorum Editorum diligentiam effugerant; ut, exempli gratiâ, p. 99, l. 10, in textum recepimus *ὀφθείη*, pro *ὠφθείη* quod in omnibus Edd.; p. 37, l. 13, *ἰρῶμεν* ἈΛΛΗΛΩΝ, pro *ἰρῶμεν* ἈΛΛΗΛΟΥΣ quod in omnibus Edd.; p. 38, l. 4, *περιπλοκὴ*, pro *περιπλοκὴν* quod in omnibus Edd.; p. 90, l. 11, ΤῊΝ *λύσσον*, pro ΤῸΝ quod in omnibus Edd. præterquàm in poſteriore Pariſ. ubi & hoc, & plurima alia, ex ingenio Codicibusque & Criticis libris obiter, illiusque ſpecimina typographica mendis purgantes, jàm correxeramus; p. 90, l. 15, *ταράξαντος ἀνέμου* ΤῊΝ *θάλατταν*, pro ἘΠῚ *τὴν θάλατταν* quod in Edd. Mollian. utrâque Par. & recentiſſimâ Cl. Bodeni; ut p. 107, l. 111, *οἰκτείρει τὴν ἱκεσίαν*, pro *ἐπὶ τὴν ἱκεσίαν*, quod in Edd. Moll. utrâque Par. & Cl. Bodeni; ut pag. 17, lin. 19, *ἐπεπαίδευντο*, pro *ἐπιπαιδεύοντο*, quod in Edd. Moll. utrâque Par. & Cl. Bodeni; pag. 21, l. 6, *ἣ μὲν (τέττιγα) οὐκ ἠδυνήθη*, pro *τὴν μὲν*, quod in Edd. Moll. utrâque Par. & Cl. Bodeni, &c.

3°. Nobis inſtar egregii & optimæ notæ Codicis fuit elegantiſſima Amyoti verſio Gallica, quæ quamvis ſæpiſſimè à vero Auctoris ſenſu aberrans, ex optimo tamen Codice ita ducta eſt, ut præſtantiſſimas illius lectiones fideliter & ad verbum exprimat, ſicque textûs emendandi anſam offerat, & Urſini ac primi Regii Codicum, quibuscum ſæpè conſentit, varietates confirmet. Eumdem uſum præbebit Gallica Plutarchi verſio, quam ex optimo Codice, qui nunc in Pariſinâ Oratorii Patrum Bibliothecâ ſervatur, confecit idem Amyotus. Sic Cl. Fiſcherus in Præfatione Editionis ſecundæ quatuor Platonis Dialogorum, Eutyphronis, Apologiæ Socratis, &c. Lipſiæ, anno 1770: » Præter Aldinum & Baſileenſia exempla, conſuluimus verſionem Fici Latinam, quæ cùm ferè verbum de verbo reddat, certè ità exprimat verba » Platonis Græca, ut, quid ſcriptum Auctor ejus in » Græcis Codicibus invenerit, judicari ſatis poſſet, » parem eam auctoritate apparet Græco Codici » poni debere ». Sic Laurentii Vallæ verſione in Herodoto emendando uſi ſunt Cl. Weſſeling. & Cl. Valckenær. Sic Cl. Hudſon in ſui Dionyſii Halicarnaſſ. Præfat. dicit Lapi Biragi Florentini verſionem, rudior licet fuerit & inculta, latinæque dictionis elegantiâ deſtituta, aliquo tamen in pretio eſſe debere, quòd eam præ ſe ferat Interpres fidem &

ſimplicitatem, ut Græca ubi minùs intelligeret, de verbo ad verbum expreſſerit, atque ità plurimis in locis ad veræ lectionis inveſtigationem viam patefecerit. Quò magis miror Gallicam Amyoti verſionem à nullo hùc usque Longi Editore ad partes vocatam fuiſſe, quamvis jamdudùm apud Philologos conſtet, quanti, præſertim in ſacrâ utriusque Fœderis Criticâ *, ſint usûs & momenti antiquæ verſiones.

* Sic magnam Novo Teſtamento lucem accendit illa celeberrima Syriaca Philoxeni verſio, quam hisce diebus, Oxonii, cum ſuâ verſione Latinâ ſuisque notis, publici juris fecit doctiſſimus noſter amicus, & inter paucos Orientalium literarum peritiſſimus, ac linguæ Arabicæ Profeſſor Oxonienſis, Cl. Joſephus White, qui in elegantiſſimâ ac eruditiſſimâ de utilitate linguæ Arabicæ Oratione, Oxonii, 1776, egregiè poſt Salmaſium, & cum Cl. Georgio Coſtardo, declaravit, p. 26, plus mille locis Græcum Dioſcoridis textum ex Arabicâ Honaini verſione non ſolùm illuſtrari, ſed etiam emendari poſſe; quique ibid. p. 10, à pauciſſimis obſervatum Arabicæ Bibliorum Verſionis indicavit uſum. Illa enim, inquit, ſi à paucis quibusdam libris diſceſſeris, non ex ipſo Hebræo fonte, ſed ex Alexandrinâ ſeptuaginta Interpretum tranſlatione ducta, à Critico adhibenda eſt, non ſolùm ad rectiùs intelligendam (quod luculentis demonſtrat exemplis) ſed etiam ad caſtigandam, e quâ nata eſt, Græcam; ad tollendos ex hâc librariorum lapſus; ad ſcholia, quæ haud rarò e margine in contextum irrepſerunt, eliminanda; ad ea quæ tranſpoſita ſunt, in nativum ordinem redigenda. Quod quidem negotium cùm à nemine adhùc ſuſceptum fuerit, in hâc novâ materiâ feliciter & cum

XL II

4°. Ad priſtinum textûs nitorem reſtituendum, plurimùm quoque nobis contulit omnium præcedentium Editionum, ac præſertim principis Juntinæ collatio, ex quâ optimas lectiones, à poſterioribus Editoribus immeritò ejectas, & ea omnia revocavimus, quæ, operarum vitio, ex Editione Moll. & hinc e ſubſequentibus, exciderant, cujusque ope plurimas quibus Longum illotæ Typothetarum manus fœdaverant, maculas abſterſimus.

laude verſabitur præſtantiſſimum illud Cl. Whiti ingenium, qui novam nunc parat ſeptuaginta Interpretum Editionem. Qui utinam quoque aliquandò in lucem proferat aureum illud magni Schültenſii Lexicon Hebraicum, quod quatuor voluminibus in-4°. conſtans, in Bodleianâ Bibliothecâ ſervatur; nec non & illud, quod magno redemptum ſe velle, & alicubi deliteſcere affirmabat idem Schultenſius, R. Jonæ, Cordubenſis, Judæorum Grammaticorum principis, Lexicon, ſeu librum radicum, Arabicè exaratum, in quo pleræque radices Hebrææ Arabicis fontibus illuſtrantur, & aliud Rab. Jehudæ, filii Charish, opuſculum, eo ferè ordine quo Schultenſius fecit in Clavi Dialectorum, compoſitum ad Arabicæ linguæ cum Hebraicâ convenientiam probandam, illiusque in explicando Hebræo Codice uſum demonſtrandum, & in quo (quod in homine Judæo meritò ibid. p. 18 miratur Cl. White) ipſius Corani dictiones & loquendi formulæ nominatim adhibitæ ſunt ad ſacrum contextum explicandum. His tribus Schultenſii, R. Jonæ & R. Jehudæ operibus, nihil præſtantius, nihil utilius, ſi Orientales literas ſpectes, non in Bodleianâ ſolùm, ſed in omnibus aliis Europæ Bibliothecis, reperire poſſis.

5°. Nonnulla etiam loca pravâ interpunctione laborantia, uno commate tranſpoſito, ſanavimus & illuſtravimus; quæ præſens medicina omnibus ferè Auctoribus feliciter adhiberi poteſt: cùm conſtet primos illorum Editores, ſeu etiam typographos, pro arbitrio puncta & commata, quæ à plurimis Codicibus, & ab omnibus antiquiſſimis abſunt, ineptè & alieno ſæpè loco poſuiſſe, ſicque omnem ſenſum immutaſſe & turbaſſe. Sic, exempli gratiâ, p. 80 & 81 noſtrarum Animadverſionum, & alibi paſſim, in quodam Longi loco, tres diverſos ſenſus e tribus diverſis interpunctionibus oriri indicavimus.

6°. Interdùm quoque, ſed parcè & ſobriè, in textu conſtituendo variis doctiſſimorum virorum emendationibus uſi ſumus; quarum nonnullas, quæ certiſſimæ eſſent, & ipsâmet ſolis luce clariores, in textum recipere non dubitavimus; præſtantiſſima ac feliciſſima Hemſterhuſii, Ruhnkenii, Valckenærii, Toupii, &c. ingenia, Codicum ab ineptis ſæpè librariis deſcriptorum auctoritati minimè cedere jure ac meritò exiſtimantes.

In noſtris autem Animadverſionibus accuratiſſimè indicavimus:

1°. Quid ex hoc, aut ex illo Codice, quid ex hâc, aut ex illâ Editione, quid ex ingenio & conjecturâ, quid e libris Criticis in textum receperimus.

X LIII

2°. Omnes ſeptem priorum Editionum, unius Florentini, cum alio collati, ut ipſe monet Columbanius, trium Urſini Romanorum, ac trium Regiæ Bibliothecæ Codicum varietates exhibuimus. Quas in ſuo, nunc latente, invenerat Amyot, eas omnes, quantùm ex ipſius verſione colligere licuit, repræſentavimus.

3°. Urſinianum de ſuis, & noſtrum de cunctis variantibus lectionibus judicium ità interpoſuimus, ut ſemper cauſas expoſuerimus, quibus commoti hanc aut illam lectionem, ſive admittendam, ſive rejiciendam cenſuerimus.

4°. Varias Jungermani, Mollii, Amyoti, & Criticorum qui obiter Longum illuſtrarunt, interpretationes, ſuo quaſque loco allatas, præter maniſeſtiſſimos Interpretum lapſus, quales in Amyoti verſione frequentiſſimè occurrunt, recenſuimus, earumque pondera diligenter examinavimus.

5°. Hoc pacto noſtra Editio ea omnia complectitur quæ in præcedentibus Editionibus egregia & eximia viſa ſunt; cùm, præter omnes omnium varias & lectiones & interpretationes, quas hîc conjunctas exhibemus, e priorum etiam Editorum notis ea omnia ſelegerimus, quæ maximè ad rem, id eſt, ad corrigendum & explicandum Longum, facerent, iisque adjunxerimus plus quàm trigintà doctiſſimorum virorum Animadverſiones & emen-

Digitized by Google

dationes, quarum maxima pars e variis variorum Criticorum libellis à nobis undiquè petita eſt. Rectè enim doctiſſimus & κριτικώτατος vir Johannes Fridericus Herelius, Animadverſion. Critic. Miſcell. p. 1 & 2: « Tantùm abeſt, ut libros Græcorum » Romanorumque habeamus emendatiſſimos, jàm» que Obſervationum criticarum abundantiâ labo» remus, id quod homines quidam inepti jactare » ſolent..... ut potiùs Scriptorem antiquum nul» lum, junctis licet multorum ſtudiis, adeò dili» genter perpolitum caſtigatumque deprehendas, in » quo non obſcura peſſimèque affecta plurima oc» currant loca *, quæ ſcrupulum Lectori attento in-

* Cl. Koppiers, Obſervat. Philologic. p. 131, hæc ſibi à ſummo Valckenærio monſtrata fuiſſe dicit, quæ ſcripſit alius feliciſſimus ac doctiſſimus Criticus, Markland, in Explicationibus veterum Auctorum Græcorum & Latinorum ſubjectis Euripidis Supplicibus, p. 261, quæque eorum qui omnia in veterum ſcriptis intelligere ſe confidunt, ſuperbiam retundere, ac iis qui ſæpè ſibi in iis aquam hærere dolent, ſolatium afferre poſſunt; cùm videant Criticos principes, qui, ut ait idem ibid. Koppiers, p. 133, vitæ magnam partem in libris antiquis exigendis conſumpſere, fateri tamen ſe in libris maximè vulgaribus ubique loca deprehendere quæ minùs intelligant. « Hactenùs, inquit Marklan« dus, ex Horatio..... in quo Auctore, poſt omnia, « quæ in eum ſcripta vidi, innumera ſunt, quæ non in« telligo. In toto opere vix una eſt Ode, Sermo, vel Epiſ« tola, in quibus hoc non ſentio, dùm lego. Neque adeò

» jiciant, ulteriùsque cupientem progredi remoren- » tur. Atque utinam, qui veterum Auctorum libros » honeſto liberalique cultu in lucem prodire jubent » Critici, eam ſemper tenerent rationem, ut quæ » varii paſſim ad emendandum Scriptorem decla- » randumve, obiter, & aliud quaſi agendo, contu- » liſſent, ea collecta ſtudioſiùs quàm fieri animad- » vertimus, amplis & perpetuis cæterorum Com- » mentariis adjungerent! Accidit enim ſæpè, ut » enodationes locorum quorumdam feliciſſimæ, » in libris, ubi haud facilè quæſiveris, propoſitæ, » haud aliâ de causâ malè neglectæ lateant, ac ferè » ignorentur; adeò ut, ſi vel ſplendidiſſimas Edi-

---

« miror; cùm hæc obſcuritas (quo vitio ille minimè te- « nebatur, teſte Suetonio in Vitâ ejus) à poſteris invecta « fuerit. Horatius enim, Virgilius, Ciceronis nonnulla, « Livii quædam, Juvenalis, &c. in ſcholis prælegebantur « pueris, & in ſingulis ferè Monaſteriis lectitabantur: in- « dè tot ſpurii & inepti verſus in Horatii & Juvenalis « hexametris, tot explicationes & immutationes elegan- « tiarùm linguæ Latinæ in contextu Cæſaris, Ciceronis & « Livii, ut, ſi iſti Auctores reviviſcerent, in multis ſua « ſcripta non agnoſcerent ». In his, addit Cl. Koppiers, adſtipulari ſe Marklando dicebat, & de Græcis Poëtis qui- busdam ſimiliter judicare (ne Homero quidem excepto) Cl. Valckenærius. Sic doctiſſimus ille & acutiſſimus Medi- cus, Cl. Muſgrave, cui vitam & ſanitatem debet Euripi- des, in aureæ ſuæ hujusce Poëtæ Editionis Præfatione, p. 11: « Nunc & communem quamdam hóminum iniquitatem

» tiones evolvas, tamen, quæ tibi ſuper quibuſ» dam venerint in mentem, nullusne Interpretum » pridem præceperit, an primus ipſe obſervaveris, » incertus nonnunquam cogaris ambigere ».

6°. Ad illas doctiſſimorum virorum in Longi Pœmenica Animadverſiones, quas ubique ſparſas, hîc collegimus, haud parvam acceſſionem attulerunt ineditæ Huetii notæ, quas ſui exemplaris in Regiâ Bibliothecâ ſervati (is autem Ed. Commelinianâ uſus fuit) oræ alleverat, quarumque copiam nobis humaniſſimè fecit Cl. Abbas Desaunais, impreſſorum Regiæ Biblioth. librorum Cuſtos. His adde multò præſtantiores Clariſſimorum virorum Valckenærii, Wyttenbachii & Hermanni Tollii notas, nobiscum ab illis doctiſſimis viris communicatas, & Cl. Nicolai Hinlopen, civitatis Hornanæ civis Senatorii, noſtrarumque literarum cultoris diligentiſſimi, Obſervationes, quas ad nos transferendas curavit doctiſſimus vir nobisque amiciſſimus, Hermannus Tollius. Quas omnes Animad-

« adversùs veterum Auctorum Interpretes paucis deprecari fas eſt. Quippè magna pars Lectorum, ii ſcilicet qui ſe Poëſeos, non Grammaticæ, ſtudioſos profitentur, omnia ſibi plana & perſpicua reddi poſtulant, neque facilè Interpreti ignoſcunt, ſi quid fortè impeditum, aut tenebris involutum reliquerit. Qui mitiùs fortè cenſuram exercerent, ſi cogitarent, non integros nobis veterum libros, ſed laceros, attritos, deformatos, velut

verſiones,

verſiones, ſuorum Auctorum nominibus deſignatas, hîc habebit Lector: ne quid dicam de noſtris, iisque non paucis, conjecturis & emendationibus, quæ cum tot tantorumque virorum Annotationibus minimè comparandæ ſunt.

7°. Digitum ad præcipuos fontes intendimus, ex quibus plurima hauſit Longus; & præcipua indicavimus loca, quæ ipſe imitando expreſſit, & quæ ex eo à poſterioribus Scriptoribus expreſſa ſunt. Multò quidem plura loca ſimilia proferre potuiſſemus; ſed, brevitati conſulentes, ne in immenſam molem excreſceret hæc Editio, ea duntaxat contulimus, quæ ad illuſtrandum aut emendandum Longi textum prodeſſe poſſent. Sic nonnulla Theodori Prodromi, Scriptoris inediti, & cujus ne nomen quidem audiverat Huetius, cùm de Fabellarum amatoriarum origine ſcriberet, loca protulimus, ex quibus illius dicendi genus æſtimari poteſt; ut paginâ 9 noſtrarum Animadverſionum; p. 38, ubi quinquies laudatur; p. 56, p. 92, bis; pag. 204,

---

« ex naufragio tabulas, interpretandos obtigiſſe: quibus « ſi priſtinum hîc illic nitorem diligenti lectione reddere « potuerimus, in compendii loco ponendum eſt. Danda « igitur novo cuique Interpreti venia, ſi in quibusdam « Lectorem deſtituerit, modò in aliis, vel mendoſa corrigendo, vel obſcura ex locis ſimilibus illuſtrando, le« gendi moleſtiam minuerit ».

234 & 235, 238, 292, &c. Præterea Lectores, quibus hæc nova erunt, hîc libenter invenient in Addendis, duas Odas nuper detectas, ac Horatio tributas, & p. 248 & ſeqq. Animadverſ. quædam hactenùs inedita, & maximè notanda, de linguæ Græcæ analogiâ, quæ excerpſimus ex Cl. Lennepii Dictatis, quorum uſum nobis benignè conceſſit vir doctiſſimus nobisque cum ſuo eruditiſſimo fratre amiciſſimus, Everardus Scheidius, qui Harderovici Geldrorum literas Arabicas, quarum eſt Profeſſor longè peritiſſimus, feliciſſimè tractat, ibique precioſiſſimum illum Abu Nasri Iſmaëlis Ebn Hammad Al-Gieuhari Farabienſis theſaurum, vulgò dictum librum *Sehah*, ſive Lexicon Arabicum, nunc cum ſuâ edit verſione Latinâ ad latus appoſitâ: cujus quidem præſtantiſſimi operis ea jàm ſpecimina propriis clariſſimi Scheidii typis excuſa vidimus, quæ totius Editionis ſalivam nobis vehementer moveant.

8°. Obiter, cùm ſeſe offerret occaſio, nonnulla quoque aliorum Scriptorum loca illuſtravimus & emendavimus: ut Achillis Tatii, p. 17 noſtrarum Animadverſ. p. 102, 141 & 142, p. 154, & p. 50, ubi Cl. Bergeri emendationem comprobavimus; Æliani, p. 261; Bionis, p. 100; Evangelii, p. 275; Gemiſti Plethonis, p. 288; Heliodori, p. 98; Heſychii, p. 27 & 208; Homeri, p. 304, ubi veram

Cl. de Rochefort emendationem confirmavimus; Livii, p. 282; Luciani, p. 30; Maximi Tyrii, bis p. 39; S. Pauli, p. 300; Plutarchi, p. 295, Scholiaſtæ Ariſtophanis, p. 83 & 278; Severi Sophiſtæ, pag. 46; Sophoclis, pagg. 84 & 85, 274 & 275, & p. 278; Stobæi, p. 282; Suidæ, p. 278; Syneſii de febribus, p. 8; Theocriti, ubi ſummi Valckenærii emendationem confirmavimus, pag. 272; Timæi Lexicographi, pag. 179 & 180; Xenophontis, p. 104, &c.

9°. Non ſemel veteres uſus expoſuimus; in quo plurimùm uſi fuimus recentiorum itinerariis, qui, ut Duloir, Tournefort, Pococke, Spon, Wheler, Wood, &c. & doctiſſimus nobiſque amiciſſimus Guys *, Græciam Ægæique maris inſulas, ac præſertim Metelinam, ut hodiè vocant, peragraverunt ac deſcripſerunt. Quos libros non ſatis lectos iiſque utiliſſimos eſſe cenſemus qui veteres tractant: & hoc quidem pluribus exponere opus eſſet, niſi vir

* Vehementer & miror, & doleo, in Gallicam linguam hùc usque converſum non fuiſſe eruditiſſimum illud Cl. Chandleri, quo nemo Græcè doctior, Græciam & Aſiam minorem petivit, quique tot egregias Inſcriptiones indè retulit, Itinerarium. Utinam aliquis exoriatur, qui illud ſic in noſtram convertat linguam, ut nuper Poloni, & meritò quidem, elegantiſſimas ac doctiſſimas de veteribus ac recentioribus Græcis inter ſe comparatis Cl. Guys Epiſtolas in ſuam tranſtulerunt.

ſummus nobisque amiciſſimus, Cl. Michaëlis, qui in literis Orientalibus non habitat, ſed regnat, quique cum incredibili eruditione præſtantiſſimum & acutiſſimum conjungit ingenium, quis Itinerariorum uſus eſſe poſſit, ſuo feliciſſimo exemplo, ſuâque auctoritate, quæ maximi momenti eſt, abundè comprobaviſſet, nobisque hâc in parte otium feciſſet.

Has omnes Animadverſiones, utpotè longiores, ad calcem rejecimus, clariſſimi illius Roberti Stephani, qui in typographiâ parem non habuit niſi filium ſuum Cl. Henricum Stephanum, quique Manutios, Johannem Frobenum, Jodocum Badium Aſcenſium & Conradum Badium, Turnebum, Guillelmum & utrumque Fridericum Morellum, Plantinum, Raphelingium, &c. non magis Typographis, quàm doctiſſimis ſui ſeculi viris accenſendos, longè ſuperavit, conſilium & exemplum ſecuti. Is enim, quem, ut & Henricum Stephanum, veteres Auctores excudendi legem vocare poſſumus (ut Demoſthenem orandi legem dixit Quintilianus, L. X, c. 1, p. 635), cùm Perſium edidiſſet, anno 1527, V^a^. Non. Maii, illi Poëtæ, obſervante Cl. Maittairio in Stephanorum Hiſtoriâ, tom. I, p. 20, Ælii Antonii Nebriſſenſis Commentaria, ſeorſim edita, eodem anno addidit, V^a^. Calend. Jun. Nam, ut ipſe diſertè ait in Præfatione,

morem illum, quo ferè utebantur Typographi, longos Commentarios mediis Auctorum operibus intercalandi & intexendi, tantùm aberat ut probaret, ut vehementer etiam obeſſe omnibus arbitraretur.

Latinam verſionem ad latus appoſuimus, non noſtram, cùm novam concinnare non vacaret; non Jungermanianam, aut Mollianam, cùm neutra ubique retinenda eſſet; ſed ex utrâque ità conflatam & commixtam, ut ſi quid in hâc, aut in illâ, non dicam elegantius, ſed minùs barbarum & durum ineſſe videretur, ſi quid Græcorum verborum vim & germanum ſenſum fideliùs & magis propriè exprimeret, id protinùs arripuerimus, ſed in multis ab utrâque receſſerimus; cùm ſæpè ad emendatum ac ferè novum quem hîc exhibemus textum, exigenda & componenda eſſet verſio Latina, & ſæpiſſimè priorum interpretationum, ubi à vero ſenſu aberraverant, vitia eſſent tollenda.

Hîc autem gratus agnoſcet Lector propenſiſſimum in literas animum Guillelmi de Bure, Bibliopolæ honeſtiſſimi, integerrimæ nec non & ſpectatiſſimæ fidei ac peritiæ, qui in hâc Editione adornandâ nullis pepercit curis & ſumptibus, ut nitidâ & anxiè conquiſitâ chartâ, ut elegantiſſimorum ac prorsùs novorum typorum formâ præ cæteris ſplenderet, & legentium oculos blandè invitaret.

Illius, ſemper rei familiaris curam laudi poſthabentis, cujusque impetus & ardor mihi potiùs reprimendi & coercendi fuerunt quàm accendendi, librariam tabernam, omnibus Gallis notiſſimam, optimisque & rariſſimis in omni diſciplinarum genere libris, & egregiis ac primis omnium utriusque linguæ Auctorum Editionibus abundantem, exteris indicandam cenſemus, qui Orientalia, Græca & Latina, rariſſima & nuſquam ferè alibi obvia, ac de Hiſtoriâ Naturali aliisque ſcientiis conſcripta volumina, & Sanctorum Patrum opera, principesque Editiones ſollicitè conquirunt.

Nec minùs prædicanda eſt Franciſci Ambroſii Didot ſingularis typographicæ artis peritia, qui diligentiſſimè huic Editioni invigilavit, in quâ à nobis attentiſſimè purgatâ, pauciſſima admodùm, eaque leviſſima, remanſerunt menda typographica, quæ humana parùm cavit natura, ac nullo modo vitari poſſunt; cùm vel in celeberrimâ illâ Novi Teſtamenti Græci Editione, quam clariſſimus Robertus Stephanus curavit, Lutetiæ, anno 1549, quamque Colomeſius in ſuâ Bibliothecâ ſelectâ, p. 199, omni operarum vitio prorsùs carere falsò affirmat, Maittairio, quem vide, tom. I, p. 118 Stephanorum Hiſtoriæ, fortè inter legendum occurrerint; qualia ſunt Evangel. S. Johan. c. 17, v. 5, ΠΡῸΣ τοῦ τὸν *κόσμον* εἶναι, pro ΠΡΌ; & I Ep. S. Petri,

cap. 2, v. 5, ΕΥ̓ΠΡΟΔΈΚΤΟΥΣ, pro ΕΥ̓ΠΡΟΣΔΈΚΤΟΥΣ, &c. Et hæc quidem *σφάλματα*, (ut PULRES, pro PLURES, in hoc ipſo Præfationis loco, ubi Robertus Stephanus gloriatur ſe nullam omninò literam ſecùs eſſe paſſum fuiſſe), quorum numerus abundè augeri poſſet ab eo qui ea ſollicitè inveſtigaret & conſectaretur, in priore ejusdem Novi Teſtamenti Editione, quam idem Stephanus anno 1546 prodire juſſit, & in quâ plures maculas fudit, non comparere meritò ibidem obſervat Maittairius.

Hæc autem præcipua, & ferè ſola, in noſtro Longo ſunt operarum vitia:

pag. 18,	lin. 7,	pro	ἔθελον τί,	lege	ἤθελόν τι.
31,	20,		χιαίροντες,		χαίροντες.
33,	19,		ὄιαν,		ὅιαν.
35,	14,		ἐτέρφθησὰν,		ἐτέρφθησαν.
36,	16,		καλῦσὰν,		καλῦσαν.
74,	3,		ἄς,		ἆς.
83,	13,		τινὶ,		τινι.

Sed & interdùm, quod ferè fit, ac nullâ humanâ vitari poteſt induſtriâ, accentus, ſpiritus, aut iota ſubſcriptum, à typothetâ rectè ſuo loco appoſitum, nobisque in tribus uniuscujusque plagulæ ſpeciminibus repræſentatum, inter operariorum qui tabellas diſpoſitis deſcriptas typis, & mox prelo ſubjiciendas, atramento illinunt, manus excidit,

typographicis folliculis, aut alio caſu improviſo, abreptum. Hinc in noſtrâ Editione obſervabis:

pag.	11,	lin. 1,	αισθάνεσθαι,	pro	αἰσθάνεσθαι.
	11,	20,	ἀγχων,		ἀγχῶν.
	12,	11,	ἐμελλον,		ἔμελλον.
	13,	2,	ῷ,		ᾧ.
	57,	7,	Ἦσαν,		ᾜσαν.

In noſtris autem Animadverſionibus, pag. 240, lin. 4, pro ἀφιξόμενον διὰ μακροῦ, lege ἀφιξόμενον διὰ μικροῦ, &c.

Præter ſingulas ſectiones, illud quoque novum, & in noſtrâ Editione feliciter immutatum, videbis, quòd non ſolùm literas majuſculas ſuis diſtinximus accentibus & ſpiritibus, quibus nec illæ deſtituendæ ſunt, verùm etiam quòd, primi omnium, accentus & ſpiritus inter utramque uniuſcujuſque diphthongi vocalem ità aptè ſuo inſeruimus loco & interpoſuimus, ut pariter utrique imminerent vocali, ſicque ad utramque pariter pertinere indicarentur; dùm contrà, in omnibus hùc uſque Græcorum Auctorum Editionibus, priori duntaxat, aut poſteriori, uniuſcujuſque diphthongi impenderent vocali, ſicque collocati eſſent, ut ad priorem duntaxat, aut ad poſteriorem, referendi viderentur. Quod quidem à perpetuo Codicum manuſcriptorum uſu, & ab ipsâ abhorret diphthongorum naturâ, duasque vocales ſimul conjungendas, & uno eodemque ſono effe-

rendas, invitâ ac repugnante linguâ, disjunctas ac diſſociatas exhibet. De hâc vitiosâ conſuetudine, quam à Stephanis aliiſque hùc usque non rejectam fuiſſe miror, me ſecum fortè conquerentem audiens peritiſſimus Typographus Franc. Ambr. Didot, utpotè qui ſtatim ea omnia arripit & ardentiſſimè amplectitur, quæ ad ſuam artem poliendam & ornandam conferunt, protinùs novas diphthongorum formas, jàm diù à ſe excogitatas, & ſic aptatas conflari curavit, ut earum inciſuræ inſerti ſpiritus & accentus propriè ſuoque interponerentur loco.

Idem longo & aſſiduo viginti & quinque annorum ſtudio edoctus, Typographicam artem vix inventam, ſimul ferè perfectam extitiſſe, vel certè naſcentem ab ipsâmet abſolutione & perfectione non ità multùm abfuiſſe, ſed, multos abhinc annos, in eodem propè gradu conſtitiſſe immotam, quamvis à doctiſſimis fuiſſet tractata viris, & omnes illæ artes quæ cum illâ naturali quâdam cognatione conjunguntur, cujusmodi eæ ſunt quæ in inſculpendis & conflandis literis, necnon & in conficiendâ & anxiè elaborandâ verſantur chartâ, multò longiùs progreſſæ fuiſſent; illudque perſuaſum habens, Typographiam peritâ manu excultam & expolitam, in literarum & artium confinio ità poſitam eſſe, ut utriſque contermina, extremas earum partes contingat & definiat, in hoc omnes

ingenii ſui nervos intendit, ut præclaram illam artem, quâ unicè delectatur, quamque, ut olim Tullius Philoſophiam, omnium matrem artium, donum & inventum Deorum, vocare poſſumus, pro virili parte promoveat, illius fines propaget, in eam conferat quidquid ad illius ſplendorem & decus pertinens, e ſcientiis & artibus, quarum cognitione inſtructiſſimus eſt, peti queat, ſicque ad illam propiùs accedat perfectionem *, quam tot tantisque laboribus perpetuò quæſivit. Hinc acutè & utiliter excogitavit, & ad imaginem à ſe delineatam exigendum perficiendumque, feliciter, nec ſine magnis ſumptibus, curavit, novum typographicum prelum, cujus ea eſt natura, quodque ad id valet, ut operariis illud moventibus, eas addat

* Hujus difficillimæ abſolutionis rariſſimam laudem eximiè conſecutus eſt Joachin Ibarra, qui longè eminuit in ſplendidiſſimâ illâ, & verè in omnibus regiâ, optimæ Salluſtii Verſionis Editione, quæ regio Auctore, Sereniſſimo INFANTE DON GABRIEL, & excelſo magni Principis ingenio digniſſima, pariter ſtupentibus viris Hiſpanicarum, Latinarum, Hebraïcarum Phœniciarumque literarum, necnon & artis Typographicæ peritiſſimis, prodiit Matriti, anno 1772, in-fol. & quid ab illâ ingenioſiſſimâ & acutiſſimâ gente, quæ pretioſiſſimas Bibliothecas, & doctiſſimos earum catalogos habet, quid ab Hiſpanicis Muſis, tanto Principe duce & auſpice, in omni diſciplinarum & artium genere ſperandum ſit, hoc illuſtriſſimo exemplo abundè comprobavit.

vires, quibus totam plagulam, quàm longè latèque patet, ſemel & æquabiliter premant ſubjectam; cùm anteà non unâ, ſed iteratâ compreſſione, priori quidem, prior plagulæ dimidia pars, poſteriori verò, poſterior, ſubacta premeretur. Ex quo quidem novo & hùc uſque inuſitato prelo primam omnium exire voluit hanc Longi Editionem.

HÆC SUNT, erudite & benevole Lector, quæ pro tenuibus ingenii mei, quod nullum eſt, & ætatis, quæ tenera, viribus exequi conatus ſum, veniam pro laude petens, nihilque aliud ad has literas, quibus, animi causâ, à teneris unguiculis, duodecim, ſingulis diebus, horas impendo, quasque unicè depereo, tractandas afferre me libenter confitens, quàm infirmitatis meæ & curtæ ſupellectilis conſcientiam; ardentiſſimum literarum Græcarum amorem, quem mihi in horas creſcere & ſentio, & gaudeo; acerrimum diſcendi ſtudium, & avidam proficiendi ſitim; propenſiſſimam de iis olim benè merendi, ſi id, poſt multos annos, improbo labore, pertinaci conſtantiâ, quæ certè in me nunquam deerunt, & longo tempore, conſequi poſſim, nec

Frigidus obſtiterit circùm præcordia ſanguis,

voluntatem; ſummam doctiſſimorum illorum virorum, qui, felices, has callere potuerunt, quorum-

que & veſtigia adoro, & monitis ſemper parebo, admirationem & reverentiam : qui utinam hisce juvenilibus arridere dignentur conatibus, & cæteris faveant, quæ parata habeo, ac mox editurus ſum, operibus.

ΛΌΓΓΟΥ

Digitized by Google

ΛΌΓΓΟΥ
ΠΟΙΜΕΝΙΚΆ.

LONGI
PASTORALIA.

LONGI SOPHISTÆ PASTORALIUM, DE DAPHNIDE ET CHLOE, LIBRI QUATUOR.

PROŒMIUM.

Cum in Lesbo feras indagarem, Nympharum in luco, ſpectaculum vidi, omnium, quotquot quidem oculis uſurpavi, pulcherrimum: videlicet tabulam pictam, imaginem quæ amatoriam hiſtoriam repræſentaret. Amœnus quidem erat ille lucus, denſus arboribus, floribus ridens, aquis irriguus; unus fons omnia alebat, cùm flores, tùm arbores: at tamen longè jucundior erat illa pictura, in quâ & ſingulare artificium, & amatorii casûs deſcriptio conſpiciebantur; adeò ut multi pere-



ΛΟΓΓΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

ΠΟΙΜΕΝΙΚΩΝ,

ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΔΑΦΝΙΝ ΚΑΙ ΧΛΟΗΝ,

ΛΟΓΟΙ ΤΕΤΤΑΡΕΣ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ΕΝ Λέσβῳ θηρῶν, ἐν ἄλσει Νυμφῶν, θέαμα εἶδον κάλλιστον ὧν εἶδον· εἰκόνα, γραφὴν, ἱστορίαν ἔρωτος. Καλὸν μὲν καὶ τὸ ἄλσος, πολύδενδρον, ἀνθηρὸν, κατάρρυτον· μία πηγὴ πάντα ἔτρεφε, καὶ τὰ ἄνθη, καὶ τὰ δένδρα· ἀλλ' ἡ γραφὴ τερπνοτέρα, καὶ τέχνην ἔχουσα περιττὴν, καὶ τύχην ἐρωτικήν· ὥστε πολλοὶ τῶν ξένων κατὰ φήμην ᾔεσαν, τῶν μὲν Νυμφῶν ἱκέται, τὴν δὲ εἰκόν-

θεαταί. Γυναῖκες ἐπ' αὐτῆς τίκτουσαι, καὶ ἄλλαι σπαργάνοις κοσμοῦσαι παιδία ἐκκείμενα, ποίμνια τρέφοντα, ποιμένες ἀναιρούμενοι, νέοι συντιθέμενοι, λῃστῶν καταδρομὴ, πολεμίων ἐμβολή.

Πολλὰ ἄλλα, καὶ πάντα ἐρωτικὰ, ἰδόντα με καὶ θαυμάσαντα πόθος ἔσχεν ἀντιγράψαι τῇ γραφῇ. Καὶ ἀναζητησάμενος ἐξηγητὴν τῆς εἰκόνος, τέτταρας βίβλους ἐξεπονησάμην, ἀνάθημα μὲν Ἔρωτι, καὶ Νύμφαις, καὶ Πανὶ, κτῆμα δὲ τερπνὸν πᾶσιν ἀνθρώποις, ὃ καὶ νοσοῦντα ἰάσεται, καὶ λυπούμενον παραμυθήσεται, τὸν ἐρασθέντα ἀναμνήσει, τὸν οὐκ ἐρασθέντα προπαιδεύσει. Πάντως γὰρ οὐδεὶς Ἔρωτα ἔφυγεν, ἢ φεύξεται, μέχρις ἂν κάλλος ᾖ, καὶ ὀφθαλμοὶ βλέπωσιν· ἡμῖν δὲ ὁ θεὸς παράσχοι σωφρονοῦσι τὰ τῶν ἄλλων γράφειν.

grini, famâ exciti, hùc ventitarent, Nympharum quidem ſupplices, ſed & imaginis ſpectatores futuri. In hâc tabulâ videre erat mulieres parturientes, & alias quæ expoſitos infantes faſciis adornarent, pecudes quæ eosdem infantes alerent, paſtores qui eos tollerent, juvenes mutuam ſibi fidem obſtringentes, latronum incurſionem, hoſtium impreſſionem.

Multa alia prætereà, eaque omnia amatoria, videnti mihi & admiranti cupido inceſſit ſcripto quaſi reſpondere picturæ iſti, eamque veluti repræſentare. Poſtquàm igitur hujusce imaginis interpretem ſtudiosè conquiſiviſſem, quatuor confeci libros, donum Cupidini, Nymphis & Pani ſacrum, opusque cunctis jucundum hominibus, quod ægro medelam, mœrenti ſolatium afferat, ejus qui amavit memoriam refricet, & amoris rudem prædoceat. Omninò namque nullus unquam amorem effugit, aut effugiet, quamdiù ſuus formæ decor, ſuaque oculis acies conſtabit: nobis autem Numen concedat ut ſani integrique aliorum caſus deſcribere queamus.

LIBER PRIMUS.

EST in Lesbo civitas, nomine Mitylene, magna necnon & pulchra. Influens mare multis eam euripis diſtinguit ac diſſecat : & pontes totâ urbe plurimi ſunt ex candido ac polito lapide facti; ut non urbs, ſed inſula amœniſſima eſſe videatur. Ab hâc quidem urbe Mitylene, ſtadia circiter ducenta, viri cujusdam opulenti ager ſitus erat, poſſeſſio pulcherrima : montes ferarum, prata tritici feracia; palmitibus colliculi, paſcua gregibus abundabant : mare autem littori alludebat, & mollem arenam lambens alluebat.

Hoc in agro gregem paſcens caprarius, nomine Lamon, infantem à caprâ enutritum invenit. Saltus erat, nemusque arbuſtis, virgultisque & dumis denſum atque aſperum; hederaque errabunda, nec non & mollis herba luxuriabat, in quâ jacebat infantulus. Hùc capra frequenter commeans, ſæpè oculis ſubducebatur, ſuoque fœtu relicto, infanti adſidebat. Has diſcurſationes obſervat Lamon, neglecti hædulì miſertus : &, meridie ardente, capræ veſtigia ſecutus, eam quidem conſpicit cautè & anxiè circumeuntem, ne ſci-

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩ͂ΤΟΣ.

ΠΟΛΙΣ ἐστὶ Λέσβου, Μιτυλήνη, μεγάλη καὶ καλή· διείληπται γὰρ εὐρίποις, ὑπεισρεούσης τῆς θαλάττης, καὶ κεκόσμηται γεφύραις ξεστοῦ καὶ λευκοῦ λίθου. Νομίσεις οὐ πόλιν ὁρᾶν, ἀλλὰ νῆσον. Ἀλλὰ ἐκ ταύτης τῆς πόλεως, τῆς Μιτυλήνης, ὅσον ἀπὸ σταδίων διακοσίων, ἀγρὸς ἦν ἀνδρὸς εὐδαίμονος, κτῆμα κάλλιστον· ὄρη θηροτρόφα, πεδία πυροφόρα, γήλοφοι κλημάτων, νομαὶ ποιμνίων· καὶ ἡ θάλαττα προσέκλυζεν ἠϊόνι ἐκτεταμένῃ ψάμμῳ μαλθακῇ.

Ἐν τῷδε τῷ ἀγρῷ νέμων αἰπόλος, Λάμων τοὔνομα, παιδίον εὗρεν ὑπὸ αἰγὸς τρεφόμενον. Δρυμὸς ἦν, καὶ λόχμη βάτων, καὶ κιττὸς ἐπιπλανώμενος, καὶ πόα μαλθακὴ, καθ' ἧς ἔκειτο τὸ παιδίον. Ἐνταῦθα ἡ αἲξ θέουσα συνεχὲς, ἀφανὴς ἐγίνετο πολλάκις, καὶ τὸ ἔριφον ἀπολιποῦσα, τῷ βρέφει παρέμενε. Φυλάττει τὰς διαδρομὰς ὁ Λάμων, οἰκτείρας ἀμελούμενον τὸ ἔριφον· καὶ, μεσημβρίας ἀκμαζούσης, κατ' ἴχνος

ἐλθὼν, ὁρᾷ τὴν μὲν αἶγα περιφυλαγμένως περιβεβηκυῖαν, μὴ ταῖς χηλαῖς βλάπτοι πατοῦσα, τὸ δὲ ὥσπερ ἐκ μητρῴας θηλῆς τὴν ἐπιῤῥοὴν ἕλκον τοῦ γάλακτος. Καὶ θαυμάσας, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, πρόσεισιν ἐγγὺς, καὶ εὑρίσκει παιδίον ἄῤῥεν, μέγα καὶ καλὸν, καὶ τῶν κατὰ τὴν ἔκθεσιν τύχης ἐν σπαργάνοις κρείττοσι. Χλαμύδιόν τε γὰρ ἦν ἁλουργὲς, καὶ πόρπη χρυσῆ, καὶ ξιφίδιον ἐλεφαντόκωπον.

Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐβουλεύσατο, μόνα τὰ γνωρίσματα βαστάσας, ἀμελῆσαι τοῦ βρέφους· ἔπειτα αἰδεσθεὶς εἰ μηδὲ αἰγὸς φιλανθρωπίαν μιμήσεται, νύκτα φυλάξας, κομίζει πάντα πρὸς τὴν γυναῖκα Μυρτάλην, καὶ τὰ γνωρίσματα, καὶ τὸ παιδίον, καὶ τὴν αἶγα αὐτήν. Τῆς δὲ ἐκπλαγείσης εἰ καὶ παιδία τίκτουσιν αἶγες, ὁ δὲ πάντα αὐτῇ διηγεῖται, πῶς εὗρεν ἐκκείμενον, πῶς εὗρε τρεφόμενον, πῶς ἠδέσθη καταλιπεῖν ἀποθανούμενον. Δόξαν δὴ κἀκείνῃ, τὰ μὲν συνεκτεθέντα κρύπτουσι, τὸ δὲ παιδίον αὐτῶν ἐπονομάζουσι, τῇ δὲ αἰγὶ τὴν τροφὴν ἐπιτρέπουσιν. Ὡς δ' ἂν καὶ τὸ ὄνομα τοῦ παιδίου ποιμενικὸν δοκοίη, Δάφνιν αὐτὸν ἔγνωσαν καλεῖν.

licèt puerum ungulis læderet; infantem verò tanquàm ex maternâ mammâ lac adfluens ubertìm trahentem. Ille autem, ut par eſt, miratus, propiùs accedit, & puerulum deprehendit majuſculum atque venuſtum, & faſciolis longè elegantioribus quàm pro expoſiti infantis fortunâ involutum: enimverò illi aderat chlamydula purpurea, quam aurea nectebat fibula, & gladiolus, cujus eburneus reſplendebat capulus.

Primò igitur conſtituerat sola tollere monumenta, infantem verò derelictum negligere; at deindè cùm illum puderet, ſi ne capræ quidem humanitatem imitaretur, nocte expectatâ, omnia ad uxorem Myrtalen defert, & monumenta, & puerulum, & ipſam capram. Cui quidem attonitæ quòd puerulos etiam capræ parerent, rem totam enarrat: quomodò expoſitum offenderit, quomodò enutritum viderit, quo pacto ipſum deſerere moriturum erubuerit. Cùm & ſic quoque uxori videretur, quæ unà fuerant expoſita occultant, infantem ſuum nuncupant, eumque capræ alendum committunt. Quò autem & nomen infantis paſtorale videretur, Daphnim illum nominare ſtatuerunt.

Digitized by Google

Jamque biennio exacto, paſtor quidam ex agris vicinis, cui Dryas erat nomen, paſcens pecora, ſimile quid invenit & vidit. Nympharum ſtabat antrum, petra ingens, ab interiori quidem parte concava, at verò ab exteriori rotunda. Nympharum ipſarum ſimulachra lapidibus efficta erant, pedibus diſcalceatis, brachiis ad humeros uſque nudis, comâ cervice tenùs ſolutâ, veſte circà lumbos ſuccinctâ, ſemihiulco circà ſupercilia riſu. Tota hæc figura tripudiantium choream repræſentabat. In mediâ hujuſce ſaxi ingentis parte faſtigium antri aſſurgebat. E fonte autem aqua ſcaturiens in largum effundebatur rivum; adeò ut amœniſſimum extenderetur ante ſpeluncam pratum, cujus copioſum & molle gramen perenni ſalientis rivi humore alebatur. Et mulctræ, & tibiæ obliquæ, & fiſtulæ, & calami, ſeniorum paſtorum donaria ſuſpenſa conſpiciebantur.

Ad hoc Nympharum antrum crebrò itans ovis nuper enixa, ſæpè ſui interitûs ſuſpicionem injecit. Dryas igitur eam coercere, & ad priſtinum benè & tranquillè paſcendi modum reducere cupiens, vinculum è vimine lento in laquei modum

Ἤδη δὲ διετοῦς χρόνου διικνουμένου, ποιμὴν ὁ ἐξ ἀγρῶν ὁμόρων νέμων, Δρύας τὸ ὄνομα, καὶ αὐτὸς ὁμοίοις ἐπιτυγχάνει καὶ εὑρήμασι καὶ θεάμασι. Νυμφῶν ἄντρον ἦν, πέτρα μεγάλη, τὸ ἔνδοθεν κοίλη, ἔξωθεν περιφερής. Τὰ ἀγάλματα τῶν Νυμφῶν αὐτῶν λίθοις ἐπεποίητο· πόδες ἀνυπόδητοι, χεῖρες εἰς ὤμους γυμναί, κόμη μέχρι τῶν αὐχένων λελυμένη, ζῶμα περὶ τὴν ἰξὺν, μειδίαμα περὶ τὴν ὀφρύν· τὸ πᾶν σχῆμα, χορεία ἦν ὀρχουμένων. Ἡ ὤα τοῦ ἄντρου, τῆς μεγάλης πέτρας ἦν τὸ μεσαίτατον. Ἐκ δὲ τῆς πηγῆς ὕδωρ ἀναβλύζον, ῥεῖθρον ἐποίει χεόμενον, ὥστε καὶ λειμὼν πάνυ γλαφυρὸς ἐκτέτατο περὶ τοῦ ἄντρου, πολλῆς καὶ μαλακῆς πόας ὑπὸ τῆς νοτίδος τρεφομένης. Ἀνέκειντο δὲ καὶ γαυλοὶ, καὶ αὐλοὶ πλάγιοι, καὶ σύριγγες, καὶ κάλαμοι, πρεσβυτέρων ποιμένων ἀναθήματα.

Εἰς τοῦτο τὸ νυμφαῖον οἶς ἀρτιτόκος συχνὰ φοιτῶσα, δόξαν πολλάκις ἀπωλείας παρεῖχε. Κολάσαι δὲ βουλόμενος αὐτὴν, καὶ εἰς τὴν πρότερον εὐνομίαν καταστῆσαι, δεσμὸν ῥάβδου χλω-

ρᾶς λυγίσας ὅμοιον βρόχῳ, τῇ πέτρᾳ προσῆλθεν, ὡς ἐκεῖ συλληψόμενος αὐτήν. Ἐπιστὰς δὲ, οὐδὲν εἶδεν ὧν ἤλπισεν· ἀλλὰ τὴν μὲν διδοῦσαν πάνυ ἀνθρωπίνως τὴν θηλὴν εἰς ἄφθονον τοῦ γάλακτος ὁλκὴν, τὸ δὲ παιδίον ἀκλαυγὶ λάβρως εἰς ἀμφοτέρας τὰς θηλὰς μεταφέρον τὸ στόμα καθαρὸν καὶ φαιδρὸν, οἷα τῆς οἰὸς τῇ γλώττῃ τὸ πρόσωπον ἀπολιχμωμένης μετὰ τὸν κόρον τῆς τροφῆς. Θῆλυ ἦν τοῦτο τὸ παιδίον, καὶ παρέκειτο καὶ τούτῳ σπάργανα, γνωρίσματα, μίτρα διάχρυσος, ὑποδήματα ἐπίχρυσα, καὶ περισκελίδες χρυσαῖ.

Θεῖον δή τι νομίσας τὸ εὕρημα, καὶ διδασκόμενος παρὰ τῆς οἰὸς ἐλεεῖν τε τὸ παιδίον καὶ φιλεῖν, ἀναιρεῖται μὲν τὸ βρέφος ἐπ' ἀγκῶνος, ἀποτίθεται δὲ τὰ γνωρίσματα κατὰ τῆς πήρας, εὔχεται δὲ ταῖς Νύμφαις ἐπὶ τύχῃ χρηστῇ θρέψαι τὴν ἱκέτιν αὐτῶν. Καὶ, ἐπεὶ καιρὸς ἦν ἀπελαύνειν τὴν ποίμνην, ἐλθὼν εἰς τὴν ἔπαυλιν, τῇ γυναικὶ διηγεῖται τὰ ὀφθέντα, δείκνυσι τὰ εὑρεθέντα, παρακελεύεται θυγάτριον νομίζειν, λανθά-

contorſit, & ad petram acceſſit, tanquàm ovem comprehenſurus. Propior verò factus, nihil omninò eorum vidit quæ ſperaverat: verùm ovem perquam humanè ad largum uſque lactis ſuctum ſuæ mammæ copiam facientem; infantulum autem, abſque ullo vagitu avidè modò ad hanc, modò ad illam lactentem mammam os transferentem purum, mundum atque nitidum, ut potè cujus tenellam faciem amicâ allambens linguâ detergeret ovis, ubi alumnum lactis cepiſſet ſatietas. Infans hæc femella erat, & huic quoque appoſitæ erant faſciolæ, expoſitæ monumenta, mitra nempè auro diſtincta, calceoli inaurati, & periſcelides aureæ.

Hoc igitur inventum divinitùs ſibi obtigiſſe ratus, & ab ove edoctus hujuſce infantis miſereri, eamque amore proſequi, terrâ ſublatam ulnis excipit, monumenta verò in peram recondit, precatus Nymphas ut, quod felix fauſtumque ſit, earum ſupplicem educare liceat. Et, quoniam jam tempus erat gregem à paſcuis reducere, caſam repetit, uxori quæ vidit exponit, quæ invenit commonſtrat, hortatur ut filiolam pro ſuâ agnoſcat atque educet, ac rem, quomodò ſe habet, nulli patefaciat. At Nape (hoc enim illi nomen)

mater ſtatim erat, infantem amabat, quaſi metueret ne ab ove superaretur eique in humanitate cederet; quin & ipſa nomen illi paſtorale indidit, vocando Chloën, ut ſibi hanc filiam eſſe ſuam dicenti fidem adſtrueret.

Et quidem hi infantes brevi temporis ſpatio ingens ceperunt incrementum, & in iis forma elucebat longè quàm pro ruſticâ sorte præſtantior. Jam autem Daphnis annos quindecim erat natus, Chloë verò totidem, ſi duos dempſeris, cùm Dryanti & Lamoni eâdem nocte hæc objecta eſt in ſomniis ſpecies: ſibi videre videbantur Nymphas illas quæ ſervabant antrum in quo fons ſcaturiebat & infantem Dryas invenerat, Daphnim & Chloën tradentes puero admodùm protervo, admodùm venuſto, cui alæ ex humeris penderent, qui parva ſpicula parvo cum arcu geſtaret; & hunc quidem puerum ambos uno eodemque attingentem telo, juſſiſſe ut deinceps ille caprarum, hæc ovium gregem paſceret.

Et hoc quidem ſomnio viſo doluere paſtores, ſi fortè Daphnis ac Chloë caprarum & ovium paſtores & ipſi quoque futuri eſſent, qui tamen meliorem fortunam ex ſuis faſciis de ſe juberent ſperare;

νουσαν ὡς ἴδιον τρέφειν. Ἡ μὲν δὴ Νάπη (τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο) μήτηρ εὐθὺς ἦν, καὶ ἐφίλει τὸ παιδίον· ὥστε ὑπὸ τοῦ οἴος παρευδοκιμηθῆναι δεδοικυῖα, καὶ τίθεται καὶ αὐτὴ ποιμενικὸν ὄνομα πρὸς πίστιν αὐτῷ, Χλόην.

Ταῦτα τὰ παιδία ταχὺ μάλα ηὔξησε, καὶ κάλλος αὐτοῖς ἐφαίνετο κρεῖττον ἀγροικίας. Ἤδη οὖν ὁ μὲν, πέντε καὶ δέκα ἐτῶν ἀπὸ γενεᾶς· ἡ δὲ, τοσούτων, δυοῖν ἀποδέοντοιν. Καὶ ὁ Δρύας καὶ ὁ Λάμων ἐπὶ μιᾶς νυκτὸς ὁρῶσιν ὄναρ τοιόνδε τι· εἶναι τὰς Νύμφας ἐδόκουν ἐκείνας, τὰς ἐν τῷ ἄντρῳ, ἐν ᾧ ἡ πηγὴ, ἐν ᾧ τὸ παιδίον εὗρεν ὁ Δρύας, Δάφνιν καὶ τὴν Χλόην παραδιδόναι παιδίῳ μάλα σοβαρῷ καὶ καλῷ, πτερὰ ἐκ τῶν ὤμων ἔχοντι, βέλη σμικρὰ ἅμα τοξαρίῳ φέροντι· τὸ δὲ ἐφαψάμενον ἀμφοτέρων ἑνὶ βέλει, κελεῦσαι λοιπὸν ποιμαίνειν, τὸν μὲν, τὸ αἰπόλιον, τὴν δὲ, τὸ ποίμνιον.

Τοῦτο τὸ ὄναρ ἰδόντες, ἤχθοντο μὲν οἱ ποιμένες εἰ ἔσοιντο καὶ οὗτοι αἰπόλοι, τύχην ἐκ σπαργάνων ἐπαγγελλόμενοι κρείττονα, δι' ἣν αὐτοὺς

καὶ τροφαῖς ἁβροτέραις ἔτρεφον, καὶ γράμματα ἐπαίδευον, καὶ πάντα ὅσα καλὰ ἦν ἐπ' ἀγροικίᾳ. Ἐδόκει δὲ πείθεσθαι θεοῖς περὶ τῶν σωθέντων προνοίᾳ θεῶν. Καὶ κοινώσαντες ἀλλήλοις τὸ ὄναρ, καὶ θύσαντες τῷ τὰ πτερὰ ἔχοντι παιδίῳ παρὰ ταῖς Νύμφαις, (τὸ γὰρ ὄνομα λέγειν οὐκ εἶχον) ὡς ποιμένας ἐκπέμπουσιν αὐτοὺς ἅμα ταῖς ἀγέλαις, ἐκδιδάξαντες ἕκαστα· πῶς δεῖ νέμειν πρὸ μεσημβρίας, πῶς δεῖ νέμειν κοπάσαντος τοῦ καύματος, πότε ἄγειν ἐπὶ ποτὸν, πότε ἀπάγειν ἐπὶ κοῖτον· ἐπὶ τίσι καλαύροπι χρηστέον, ἐπὶ τίσι μόνῃ φωνῇ. Οἱ δὲ, μάλα χαίροντες, ὡς ἀρχὴν μεγάλην παρελάμβανον, καὶ ἐφίλουν τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα μᾶλλον ἢ ποιμέσιν ἔθος· ἡ μὲν, ἐς ποίμνιον ἄγουσα τῆς σωτηρίας τὴν αἰτίαν· ὁ δὲ, μεμνημένος ὡς ἐκκείμενον αὐτὸν αἲξ ἀνέθρεψεν.

Ἦρος ἦν ἀρχὴ, καὶ πάντα ἤκμαζεν ἄνθη, τὰ ἐν δρυμοῖς, τὰ ἐν λειμῶσι, καὶ ὅσα ὄρεια. Βόμβος ἦν ἤδη μελιττῶν, ἦχος ὀρνίθων μουσικῶν, σκιρτήματα ποιμνίων ἀρτιγεννήτων· ἄρνες ἐσκίρτων ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἐβόμβουν ἐν τοῖς λει-

ob quam ſpem etiam illos delicatioribus enutriebant cibis, literaſque & quæcumque ruri præclara habebantur, edocebant. Placuit tamen in iis quæ ad infantes Deorum providentiâ ſervatos pertinerent, morem gerere Diis. Et narrato ſuo ſibi invicem ſomnio, ſacrisque factis aligero illi apud Nymphas puero, (hujus enim nomen dicere non poterant) mox ut paſtores foràs ipſos cum gregibus emittunt, ſingula edoctos: quo pacto ante meridiem paſcere oporteat, quo pacto poſtquàm remiſiſſet æſtus, quandò agere potum, quandò ad caulam abigere, in quos utendum pedo, in quos ſolâ duntaxat voce. Illi verò oppidò exultantes, quaſi magnum adepti imperium, capras atque oves impensè diligebant, & quidem multò magis quàm paſtorum vulgus ſolet: nam Chloë ad oves ſuæ cauſam ſalutis referebat; Daphnis itidem haud immemor erat quòd ſeſe expoſitum capra enutriviſſet.

Initium veris erat, omniumque florum genus per ſylvas, per prata, per montes vigebat. Jam apum bombus, jam canorarum avium vox aures permulcebat; pecora novella ſaltu laſciviebant; agni in montibus ſaliebant, apes in pratis bombilabant, aves nemora cantu perſonabant. Dùm ità

placidè, ſepoſitis curis, omnia voluptati indulgebant, Daphnis & Chloë, ut potè teneri ac juvenes, viſa auditaque imitabantur. Audito avium cantu, canebant; conſpecto laſcivientium agnorum ſaltu, & ipſi leviter ſaltabant; quin & apes æmulabantur, colligentes floſculos, quorum alios gremio inſerebant, alios coronis intextos Nymphis adferebant.

Propè inter ſe paſcentes, omnia communiter agebant. Et ſæpè Daphnis oves aberrantes cogebat; ſæpè Chloë audaciores capras à præruptis abigebat locis. Nunc alter, altero ludicris intento, utriuſque gregis cuſtodiam agebat. Ludicra autem ipſis paſtoralia & puerilia: hæc quidem digreſſa, ſublatis alicundè floſculis, capſulam locuſtis captandis nectebat, & tota in hâc re, ovium curam interìm omittebat; ille verò, excifis tenuibus calamis, & perforatis internodiorum intervallis, junctìmque inter ſe molli cerâ aptatis & conglutinatis, in ſeram noctem fiſtulâ carmen meditabatur. Nonnunquàm lac & vinum inter ſe communicabant, victumque quem domo attulerant, in commune conferebant: citiùs quis ovium ac caprarum greges à ſe invicem

μῶσιν αἱ μέλιτται, τὰς λόχμας κατῇδον ὄρνιθες. Τοσαύτης δὴ πάντα κατεχούσης εὐωρίας, οἱ ἁπαλοὶ καὶ νέοι μιμηταὶ τῶν ἀκουομένων ἐγίνοντο καὶ βλεπομένων. Ἀκούοντες μὲν τῶν ὀρνίθων ᾀδόντων, ᾖδον· βλέποντες δὲ σκιρτῶντας τοὺς ἄρνας, ἥλλοντο κοῦφα· καὶ τὰς μελίττας δὲ μιμούμενοι, τὰ ἄνθη συνέλεγον. Καὶ τὰ μὲν εἰς τοὺς κόλπους ἔβαλλον· τὰ δὲ, στεφανίσκους πλέκοντες, ταῖς Νύμφαις ἔφερον.

Ἔπραττον δὲ κοινῇ πάντα, πλησίον ἀλλήλων νέμοντες. Καὶ πολλάκις μὲν ὁ Δάφνις τῶν προβάτων τὰ ἀποπλανώμενα συνέστελλε· πολλάκις δὲ ἡ Χλόη τὰς θρασυτέρας τῶν αἰγῶν ἀπὸ τῶν κρημνῶν κατήλαυνεν. Ἤδη δέ τις καὶ τὰς ἀγέλας ἀμφοτέρας ἐφρούρησε, θατέρου προσλιπαρήσαντος ἀθύρματι. Ἀθύρματα δὲ ἦν αὐτοῖς ποιμενικὰ καὶ παιδικά. Ἡ μὲν ἀνθερίκους ἀνελομένη ποθὲν ἐξελθοῦσα ἀκριδοθήραν ἀνέπλεκε, καὶ περὶ τοῦτο πονουμένη, τῶν ποιμνίων ἠμέλησεν· ὁ δὲ, καλάμους ἐκτεμὼν λεπτοὺς, καὶ τρήσας τὰς τῶν γονάτων διαφυὰς, ἀλλήλας τε κηρῷ μαλθα-

καὶ συναρτήσας, μέχρι νυκτὸς συνείρειν ἐμελέτησε. Καί ποτε δὲ ἐκοινώνουν γάλακτος καὶ οἴνου, καὶ τροφὰς, ἃς οἴκοθεν ἔφερον, εἰς κοινὸν ἔφερον. Θᾶττον ἄν τις εἶδε τὰ ποίμνια καὶ τὰς ἀγέλας ἀπ' ἀλλήλων μεμερισμένας, ἢ Χλόην καὶ Δάφνιν.

Τοιαῦτα δὲ αὐτῶν παιζόντων, τοιάνδε σπουδὴν Ἔρως ἀνέπλασε. Λύκαινα τρέφουσα σκύμνους νέους, ἐκ τῶν πλησίον ἀγρῶν, ἐξ ἄλλων ποιμνίων πολλάκις ἥρπαζε, πολλῆς τροφῆς ἐς ἀνατροφὴν τῶν σκύμνων δεομένη. Συνελθόντες οὖν οἱ κωμῆται νύκτωρ, σιρροὺς ὀρύττουσι τὸ εὖρος, ὀργυιᾶς, τὸ βάθος, τεσσάρων. Τὸ μὲν δὴ χῶμα τὸ πολὺ σπείρουσι, κομίσαντες μακράν· ξύλα δὲ ξηρὰ μακρὰ τείναντες ὑπὲρ τοῦ χάσματος, τὸ περιττὸν τοῦ χώματος κατέπασαν, τῆς πρότερον γῆς εἰκόνα· ὥστε κἂν λαγὼς ἐπιδράμῃ, κατακλᾷ τὰ ξύλα κάρφων ἀσθενέστερα ὄντα, καὶ τότε παρέχει μαθεῖν ὅτι γῆ οὐκ ἦν, ἀλλὰ μεμίμητο γῆν. Τοιαῦτα πολλὰ ὀρύγματα, κἂν τοῖς ὄρεσι, κἂν τοῖς πεδίοις, ὀρύξαντες, τὴν μὲν λύκαιναν

disjunctos, quàm Chloën atque Daphnim, vidiſſet.

Ipſis autem ſic ludentibus talem Amor injecit curam. Lupa quædam recentes alens catulos, proximis ex agris multa ſæpè rapiebat de aliis gregibus, quod alimento copioſo ad ſuos catulos enutriendos opus haberet. Congregati igitur pagani noctu, ſcrobem effodiunt, latitudine unius ulnæ, altitudine quatuor. Et quidem humum effoſſam atque egeſtam majori ex parte diſpergunt, eam procul à foſſâ removentes; ſicca autem ligna longa ſuper foſſam intendentes, ea adſperſerunt illâ terrâ quæ ex hâc egeſtâ effoſsâque remanebat, ut ſimilis eſſet foſſa priſtino ſolo, utque vel lepus ſi percurreret, iſta ligna ſtipulis ipſis fragiliora confringeret, atque tùm faceret indicium, quòd terra non eſſet, ſed tantummodò terram imitaretur. Multis id genus foſſis per montes, per campos ductis, lupam tamen haudquaquàm capere potuerunt; (ſentit enim ipſa quoque in hâc terrâ ſubdolâ & captioſâ fraudem ſubeſſe) multas verò capras

atque oves juxtà perdiderunt, quin & ferè Daphnim, caſu hujuſmodi.

Hirci irritati, ad pugnam concurrerunt. Uni igitur cornu alterum ex violentiori conflictu frangitur; qui dolens inde, fremebundus ſe in fugam dedit. Victor autem per veſtigia inſectans fugientem, perſequendo non deſtitit. Daphnis confracto dolens cornu, offenſuſque illâ contumaciâ, fuſte pedoque arreptis, perſequentem perſequebatur. Utì autem ferè fit, altero quidem ſubterfugiente, altero autem irâ abrepto & perſequente, non certus ſatis eorum quæ ad pedes occurrebant, proſpectus erat; ſed in foveam ambo incidunt, hircus prior, poſterior Daphnis. Et hoc ipſum Daphnim ſervavit, ut potè hirco pro vehiculo quo innixus delaberetur, uſum. Atque ille quidem lacrymabundus, à quo extraheretur, ſi quis appareret, expectabat; Chloë verò, ut conſpexit quod evenerat, protinùs ad foſſam advolat, atque illum vivere cognoſcens, ex agris vicinis paſtorem auxilio adfuturum vocat. Ille cùm advenisſet, longum quærebat funem, cui adhærens Daphnis, extrahi & ſic evadere poſſet. Verùm funis ad manum non erat; Chloë igitur ſtatim ſuam ſolvit tæniam, & hanc demittendam bubulco illi porri-

οὐκ εὐτύχησαν λαβεῖν· (αἰσθάνεται γὰρ καὶ γῆς σεσοφισμένης) πολλὰς δὲ αἶγας καὶ ποίμνια διέφθειραν, καὶ Δάφνιν παρ' ὀλίγον, ὧδε.

Τράγοι παροξυνθέντες, εἰς μάχην συνέπεσον. Τῷ οὖν ἑτέρῳ τὸ ἕτερον κέρας, βιαιοτέρας γενομένης συμβολῆς, θραύεται· καὶ ἀλγήσας, φριμαξάμενος ἐς φυγὴν ἐτράπετο. Ὁ δὲ νικῶν κατ' ἴχνος ἑπόμενος, ἄπαυστον ἐποίει τὴν φυγήν. Ἀλγεῖ Δάφνις περὶ τῷ κέρατι, καὶ, τῇ θρασύτητι ἀχθεσθεὶς, ξύλον καὶ τὴν καλαύροπα λαβὼν, ἐδίωκε τὸν διώκοντα. Οἷα δὲ τοῦ μὲν ὑπεκφεύγοντος, τοῦ δὲ ὀργῇ διώκοντος, οὐκ ἀκριβὴς τῶν ἐν ποσὶν ἡ πρόσοψις ἦν· ἀλλὰ κατὰ χάσματος ἄμφω πίπτουσιν· ὁ τράγος πρότερος, ὁ Δάφνις δεύτερος. Τοῦτο καὶ ἔσωσε Δάφνιν χρήσασθαι τῇ καταφορᾶς ὀχήματι τῷ τράγῳ. Ὁ μὲν δὴ τὸν ἀνιμησόμενον, εἴ τις ἄρα γένοιτο, δακρύων ἀνέμενεν· ἡ δὲ Χλόη θεασαμένη τὸ συμβὰν, δρόμῳ παραγίνεται εἰς τὸν σιῤῥόν· καὶ μαθοῦσα ὅτι ζῇ, καλεῖ βουκόλον ἐκ τῶν ἀγρῶν τῶν πλησίον πρὸς ἐπικουρίαν. Ὁ δὲ ἐλθὼν, σχοῖνον

ἐζήτει μακρὰν, ἧς ἐχόμενος, ἀνιμώμενος ἐκβήσεται. Καὶ σχοῖνος μὲν οὐκ ἦν· ἡ δὲ Χλόη λυσαμένη ταινίαν, δίδωσι καθεῖναι τῷ βουκόλῳ. Καὶ οὕτως οἱ μὲν ἐπὶ τοῦ χείλους ἑστῶτες εἷλκον· ὁ δὲ ἀνέβη τῆς τῆς ταινίας ὁλκαῖς ταῖς χερσὶν ἀκολουθῶν.

Ἀνιμήσαντες δὲ καὶ τὸν ἄθλιον τράγον συντεθραυσμένον ἄμφω τὰ κέρατα, (τοσοῦτον ἄρα ἡ δίκη μετῆλθε τοῦ νικηθέντος τράγου) τοῦτον μὲν δὴ τυθησόμενον χαρίζονται σῶστρα τῷ βουκόλῳ· καὶ ἔμελλον ψεύδεσθαι πρὸς τοὺς οἴκοι λύκων ἐπιδρομὴν, εἴ τις αὐτὸν ἐπόθησεν. Αὐτοὶ δὲ ἐπανελθόντες, ἐπεσκοποῦντο τὴν ποίμνην καὶ τὸ αἰπόλιον· καὶ ἐπεὶ κατέμαθον ἐν κόσμῳ νομῆς καὶ τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα, καθίσαντες ἐπὶ στελέχει δρυὸς, ἐσκόπουν μή τι μέρος τοῦ σώματος ὁ Δάφνις ᾕμαξε καταπεσών. Τέτρωτο μὲν οὖν οὐδὲν, οὐδὲ ᾕμακτο οὐδέν· χώματος δὲ καὶ πηλοῦ πέπαστο καὶ τὰς κόμας, καὶ τὸ ἄλλο σῶμα. Ἐδόκει δὲ λούσασθαι, πρὶν αἴσθησιν γενέσθαι τοῦ συμβάντος Λάμωνι καὶ Μυρτάλῃ. Καὶ ἐλθὼν

git. Atque hi quidem hunc in modum ad labra foſſæ ſtantes trahere cœperunt; Daphnis verò tæniam, quâ trahebatur, manibus ſubſequendo, aſcendit.

Poſtquàm autem miſerum illum hircum extraxerunt, cui utrumque cornu confractum fuit, (uſque adeò devicti hirci pœnas perſecutor dedit) hunc ipſum jamjam immolandum, præmium partæ ſalutis, bubulco donârunt, apud ſuos luporum incurſionem ementituri, ſi quis illum deſideraret. Ipſimet reverſi ovium caprarumque inſpiciunt gregem. Cùmque vidiſſent utrumque gregem decenti ordine paſcere, quercûs trunco inſidentes, nùm quam corporis partem inter decidendum Daphnis cruentaſſet, curiosè diſpiciebant. Sed pars nulla læſa aut cruentata erat; coma tantùm corpuſque reliquum humo adgeſtitiâ cœnoque aſperſum. Quare viſum fuit Daphnidi priùs ſuum abluere corpus quàm caſus ille innoteſceret Lamoni atque Myrtalæ: atque unà cum Chloë ad antrum Nympharum, in quo fons erat, accedens, illi

peram atque tunicam tradidit . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

. . . . fuit, hæc & id genus alia deindè apud ſe nugabatur : « Quid tandem mihi faciet Chloës « oſculum ? Labella quidem ipſis roſis delicatio- « ra, & os favis dulcius; at oſculum quovis apis « aculeo acerbius. Sæpiùs hœdos ſum oſculatus ; « ſæpiùs catellos recèns genitos baſiavi, ut & « vitulum illum quem dono mihi dedit Dorcon ; « at hoc oſculum res mihi planè nova. Exſilire « mihi ſpiritus, exultare cor, liqueſcere anima ; « & tamen rursùs oſculari ardeo. O improbam « victoriam ! O novum morbum, cujus ne no- « men quidem dicere queam ! Numquid Chloë « mihi datura oſculum, venenum guſtavit? Quo- « modò igitur non periit ! Quàm ſuavè luſciniæ « canunt, & mea fiſtula ſilet ! Quàm laſcivè « hœdi ſubſiliunt, & ego ſedeo ! Quàm pulchrè « vigent flores, & ego nullas necto coronas ! « Sed violæ quidem & hyacinthi florent ; Daph- « nis verò marceſcit. Nùm eò etiam res deve- « niet, ut me formoſior vel Dorco ſit adpari- « turus ! »

ἅμα τῇ Χλόῃ πρὸς τὸ ἄντρον τῶν Νυμφῶν, ἐν ᾧ ἡ πηγὴ, τῇ μὲν ἔδωκε καὶ τὸν χιτῶνα, καὶ τὴν πήραν. . . . .

. . . .

. . . . ἐγένετο, τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν ἀπελήρει·
« Τί ποτέ με Χλόης ἐργάσεται φίλημα; Χείλη
« μὲν ῥόδων ἁπαλώτερα, καὶ στόμα κηρίων γλυ-
« κύτερον· τὸ δὲ φίλημα, κέντρου μελίττης πι-
« κρότερον. Πολλάκις ἐφίλησα ἐρίφους· πολλά-
« κις ἐφίλησα σκύλακας ἀρτιγεννήτους, καὶ τὸν
« μόσχον, ὃν ὁ Δόρκων ἐχαρίσατο· ἀλλὰ τοῦτο
« φίλημα καινόν. Ἐκπηδᾷ μου τὸ πνεῦμα,
« ἐξάλλεται ἡ καρδία, τήκεται ἡ ψυχὴ, καὶ ὅμως
« πάλιν φιλῆσαι θέλω. Ὢ νίκης κακῆς. Ὢ
« νόσου καινῆς, ἧς οὐδὲ εἰπεῖν οἶδα τὸ ὄνομα.
« Ἆρα φαρμάκων ἐγεύσατο Χλόη μέλλουσά με
« φιλεῖν; Πῶς οὖν οὐκ ἀπέθανεν; Οἷον ᾄδου-
« σιν αἱ ἀηδόνες, ἡ δὲ ἐμὴ σῦριγξ σιωπᾷ; Οἷον
« σκιρτῶσιν οἱ ἔριφοι, κἀγὼ κάθημαι; Οἷον
« ἀκμάζει τὰ ἄνθη, κἀγὼ στεφάνους οὐ πλέκω.
« Ἀλλὰ τὰ μὲν ἴα καὶ ὁ ὑάκινθος ἀνθεῖ, Δάφνις δὲ

« μαραίνεται. Ἆρά μου καὶ Δόρκων εὐμορφότερος ὤφθη; »

Τοιαῦτα ὁ βέλτιστος Δάφνις ἔπασχε καὶ ἔλεγεν, οἷα πρῶτον γευόμενος τῶν ἔρωτος καὶ ἔργων καὶ λόγων. Ὁ δὲ Δόρκων, ὁ βουκόλος, ὁ τῆς Χλόης ἐραστὴς, φυλάξας τὸν Δρύαντα φυτὸν κατορύττοντα πλησίον κλήματος, πρόσεισιν αὐτῷ μετὰ τυρῶν καὶ συρίγγων τινῶν γαμικῶν. Καὶ τοὺς μὲν τυροὺς δῶρον εἶναι δίδωσι, πάλαι φίλος ὢν ἡνίκα αὐτὸς ἔνεμεν· ἐντεῦθεν δὲ ἀρξάμενος ἀνέβαλε λόγον περὶ τοῦ τῆς Χλόης γάμου. Καὶ, εἰ λαμβάνοι γυναῖκα, δῶρα πολλὰ καὶ μεγάλα, ὡς βουκόλος, ἐπηγγέλλετο· ζεῦγος βοῶν ἀροτήρων, σμήνη τέτταρα μελιττῶν, φυτὰ μηλεῶν πεντήκοντα, δέρμα ταύρου τεμεῖν ὑποδήματα, μόσχον, ἀνὰ πᾶν ἔτος, μηκέτι γάλακτος δεόμενον· ὥστε μικροῦ δεῖν ὁ Δρύας θελχθεὶς τοῖς δώροις, ἐπένευσε τὸν γάμον. Ἐννοήσας δὲ ὡς κρείττονος ἡ παρθένος ἀξία νυμφίου, καὶ δείσας μὴ φωραθείς ποτε, κακοῖς ἀνηκέστοις περιπέσοι, τόν τε γάμον ἀνένευσε,

Talia quidem bonus ille Daphnis & patiebatur & dicebat, ut potè qui primùm amoris & opera & ſermones deguſtare inciperet. At Dorco bubulcus, amator Chloës, Dryantem obſervans propè palmitem defodientem, ad eum accedit cum caſeis & fiſtulis. Atque caſeos illos dat illi dono, quocum ipſi jam olim amicitia interceſſerat, cùm ipſemet Dryas gregem paſcebat. Indè initio facto ſermonem de Chloës nuptiis injecit, &, ſi acciperet uxorem, multa magnaque munera, pro bubulci opibus, promiſit; par ſcilicet boum aratorum, quatuor apum examina, pomorum plantaria quinquagena, tauri pellem calceis conficiendis idoneam, vitulum quotannis, qui non amplius mammam deſideraret; adeò ut parùm abeſſet quin Dryas hiſce donis delinitus nuptias annueret. Attamen conſiderans præſtantiori dignam eſſe ſponſo hanc virginem, veritusque ne aliquandò deprehenſus, graviſſima in mala incideret, abnuit conjugium, utque ſibi ignoſcat, orans, prædicata munera recuſat.

Hâc alterâ ſpe decidens Dorcon, & incaſſùm bonis illis caſeis perditis, ſtatuit vi adoriri Chloën, quamprimùm eam ſolam adverteret. Itaque cùm obſervaſſet ad aquas adpellere greges alternis diebus, nunc quidem Daphnim, nunc verò puellam ipſam, artem quamdam bubulco convenientem comminiſcitur. Lupi magni pellem ſumptam, quem aliquandò pro armentis pugnans ſuis taurus peremerat cornibus, circumponit corpori in dorſum rejectam & ab humeris uſque ad talos demiſſam, ità ut anteriores lupi pedes ſuper manus ipſius expanſi obtenderentur, poſteriores verò ſuper crura, ad calcaneos uſque, oris verò hiatus, perindè atque armati viri galea, caput velaret. Cùm ſe autem, quàm fieri poterat maximè, efferaſſet, ad fontem accedit, ex quo bibere capellæ & oves poſt paſtum ſolebant. In cavo autem prorsùs terræ loco ſitus erat fons, locuſque circà hunc totus ſpinis, rubis, junipero humili carduisque ità horrebat, ut vel verus ac germanus lupus facilè ibidem in inſidiis delituiſſet. Hîc ſeſe abſcondens, tempus quo potum agerentur greges obſervabat, nec levem concipiebat ſpem fore ut habitu illo

καὶ συγγνώμην ἔχειν ᾐτήσατο, καὶ τὰ ὀνομασθέντα δῶρα παρητήσατο.

Δεύτερος δὴ ἁμαρτὼν ὁ Δόρκων ἐλπίδος, καὶ μάτην τυροὺς ἀγαθοὺς ἀπολέσας, ἔγνω διὰ χειρῶν ἐπιθέσθαι τῇ Χλόῃ μόνῃ γενομένῃ. Καὶ παραφυλάξας ὅτι παρ' ἡμέραν ἐπὶ τὸ ποτὸν ἄγουσι τὰς ἀγέλας, ποτὲ μὲν ὁ Δάφνις, ποτὲ δὲ ἡ παῖς, ἐπιτεχνᾶται τέχνην ποιμένι πρέπουσαν. Λύκου μεγάλου δέρμα λαβὼν, ὃν ταῦρός ποτε πρὸ τῶν βοῶν μαχόμενος τοῖς κέρασι διέφθειρε, περιέτεινε τῷ σώματι, ποδῆρες κατανωτισάμενος· ὡς τούς τ' ἐμπροσθίους πόδας ἐφηπλῶσθαι ταῖς χερσὶ, καὶ τοὺς κατόπιν τοῖς σκέλεσιν ἄχρι πτέρνης, καὶ τοῦ στόματος τὸ χάσμα σκέπειν τὴν κεφαλὴν, ὥσπερ ἀνδρὸς ὁπλίτου κράνος. Ἐκθηριώσας δὲ αὑτὸν ὡς ἔνι μάλιστα, παραγίνεται πρὸς τὴν πηγὴν, ἧς ἔπινον αἱ αἶγες καὶ τὰ πρόβατα μετὰ τὴν νομήν. Ἐν κοίλῃ δὲ πάνυ γῇ ἦν ἡ πηγὴ, καὶ περὶ αὐτὴν πᾶς ὁ τόπος ἀκάνθαις, καὶ βάτοις, καὶ ἀρκεύθῳ ταπεινῇ, καὶ σκολύμοις ἠγρίωτο· ῥᾳδίως ἂν ἐκεῖ καὶ λύκος

ἀληθινὸς ἔλαθε λόχῳ. Ἐνταῦθα κρύψας ἑαυτὸν, ἐπετήρει τοῦ ποτοῦ τὴν ὥραν ὁ Δόρκων, καὶ πολλὴν εἶχεν ἐλπίδα, τῷ σχήματι φοβήσας, λαβεῖν ταῖς χερσὶ τὴν Χλόην.

Χρόνος ὀλίγος διαγίνεται, καὶ Χλόη κατήλαυνε τὰς ἀγέλας εἰς τὴν πηγὴν, καταλιποῦσα τὸν Δάφνιν φυλλάδα χλωρὰν κόπτοντα, τοῖς ἐρίφοις τροφὴν μετὰ τὴν νομήν. Καὶ οἱ κύνες, οἱ τῶν προβάτων ἐπιφύλακες καὶ τῶν αἰγῶν, ἑπόμενοι, οἷα δὴ κυνῶν ἐν ῥινηλασίαις περιεργία, κινούμενον τὸν Δόρκωνα πρὸς τὴν ἐπίθεσιν τῆς κόρης φωράσαντες, πικρὸν μάλα ὑλακτήσαντες, ὥρμησαν ὡς ἐπὶ λύκον· καὶ περισχόντες πρὶν ὅλως ἀναστῆναι δι᾽ ἔκπληξιν, ἔδακνον κατὰ κράτος. Τέως μὲν οὖν τὸν ἔλεγχον αἰδούμενος, καὶ ὑπὸ τοῦ δέρματος ἐπισκέποντος φρουρούμενος, ἔκειτο σιωπῶν ἐν τῇ λόχμῃ· ἐπεὶ δὲ ἥ τε Χλόη πρὸς τὴν πρώτην θέαν διαταραχθεῖσα, τὸν Δάφνιν ἐκάλει βοηθὸν, οἵ τε κύνες περισπῶντες τὸ δέρμα, τοῦ σώματος ἥπτοντο αὐτοῦ, μέγα οἰμώξας, ἱκέτευε βοηθεῖν τὴν κόρην καὶ τὸν Δάφνιν ἤδη

perterrefactam Chloën ſuis comprehenderet manibus.

Pauxillum interlabitur temporis, & Chloë pecora ad fontem compellebat, relicto Daphnide, qui frondes virides decutiebat, quibus poſt paſtum alerentur hœdi. Atque canes, ovium & caprarum cuſtodes, Chloën ſecuti, atque, pro ſuâ in odorando ſagacitate, Dorconem, qui ad manus puellæ injiciendas ſeſe movebat, deprehendentes, & valdè acutè allatrantes, ut in lupum irruere, & circumfuſi atque undique inhærentes, ei, priuſquàm ob ſtuporem adſurgeret, acres morſus intulerunt. Ac primùm quidem ne manifeſtè proderetur metuens, & pelle, quâ tegebatur, munitus, tacitus inter frutices jacebat; ubi verò Chloë ad primum intuitum perterrita, Daphnim inclamavit auxiliatorem, & canes ipſum corpus, dilacerato jam corio, morſu apprehenderunt, ibi magno cum ejulatu ſupplicirer Daphnidis, qui jam advenerat, & puellæ auxilium implorare cœpit. Illi autem ſuos canes conſuetâ inclamatione celeriter mitigaverunt; Dorconem verò femora & humeros lacerum ad fontem deduxerunt, atque morſus ipſius,

ubi adparebant dentium impreſſiones, abluerunt, & viridem ulmi corticem commanducatum ſuperimpoſuerunt. Atque ob imperitiam amatoriorum auſorum, luſum paſtoralem deputantes quòd pellem induiſſet Dorcon, nulloque modo illi ſuccenſentes, ſed etiam verbis levare dolorem ipſius conati, aliquatenùs manu ductum dimiſerunt.

Eò diſcriminis adductus ille, &, ut aiunt, è canis, non autem è lupi ore ſervatus, ſuum curabat corpus. At Daphnis & Chloë defatigabantur uſque in noctem capris ovibuſque colligendis. Quippè illæ lupi pelle conterritæ, & canum latratu conturbatæ, aliæ in petras evaſerant, aliæ ad mare uſque curſu contenderant. Tametſi edoctæ eſſent & voci obtemperare, & fiſtulâ demulceri, & vel manuum ſtrepitu cogi; tunc verò timor omnium oblivionem ipſis injecerat, ægrèque tandem eas velutì lepores ex veſtigiis indagantes, ad caſas reduxerunt. Illâ nocte ſolâ profundè dormitaverunt, atque illam

παρόντα. Τοὺς μὲν κύνας δὴ ἀνακλήσει συνήθει ταχέως ἡμέρωσαν, τὸν δὲ Δόρκωνα κατά τε μηρὸν καὶ ὤμων δεδηγμένον, ἀγαγόντες ἐπὶ τὴν πηγὴν, ἀπένιψαν τὰ δήγματα, ἵνα ἦσαν τῶν ὀδόντων αἱ ἐμβολαὶ, καὶ διαμασησάμενοι φλοιὸν χλωρὸν πτελέας, ἐπέπασαν· ὑπό τε ἀπειρίας ἐρωτικῶν τολμημάτων ποιμενικὴν παιδιὰν νομίζοντες τὴν ἐπιβολὴν τοῦ δέρματος, οὐδὲν ὀργισθέντες, ἀλλὰ καὶ παραμυθησάμενοι, καὶ μέχρι τινὸς χειραγωγήσαντες, ἀπέπεμψαν.

Καὶ ὁ μὲν κινδύνου παρὰ τοσοῦτον ἐλθὼν, καὶ σωθεὶς ἐκ κυνὸς, φασὶν, οὐ λύκου στόματος, ἐθεράπευε τὸ σῶμα· ὁ δὲ Δάφνις καὶ ἡ Χλόη κάματον πολὺν ἔσχον μέχρι νυκτὸς τὰς αἶγας καὶ τὰς οἶς συλλέγοντες. Ὑπὸ γὰρ τοῦ δέρματος πτοηθεῖσαι, καὶ ὑπὸ τῶν κυνῶν ὑλακτησάντων ταραχθεῖσαι, αἱ μὲν εἰς πέτρας ἀνέδραμον, αἱ δὲ μέχρι τῆς θαλάττης αὐτῆς κατέδραμον. Καίτοιγε ἐπεπαίδευντο καὶ φωνῇ πείθεσθαι, καὶ σύριγγι θέλγεσθαι, καὶ χειρὸς παταγῇ συλλέγεσθαι· ἀλλὰ τότε πάντων αὐταῖς ὁ φόβος λήθην ἐνέ-

βαλε. Καὶ μόλις, ὥσπερ λαγὼς ἐκ τῶν ἰχνῶν εὑρίσκοντες, εἰς τὰς ἐπαύλεις ἤγαγον. Ἐκείνης μόνης τῆς νυκτὸς ἐκοιμήθησαν βαθὺν ὕπνον, καὶ τῆς ἐρωτικῆς λύπης φάρμακον τὸν κάματον ἔσχον. Αὖθις δὲ ἡμέρας ἐπελθούσης, πάλιν ἔπασχον παραπλήσια. Ἔχαιρον ἰδόντες, ἐλυποῦντο ἀπαλλαγέντες, ἤλγουν, ἤθελόν τι, ἠγνόουν ὅ, τι θέλουσι. Τοῦτο μόνον ᾔδεσαν, ὅτι τὸν μὲν, φίλημα, τὴν δὲ, λουτρὸν ἀπώλεσεν. Ἐξέκαε δὲ αὐτοὺς καὶ ἡ ὥρα τοῦ ἔτους.

Ἦρος οὖν ἤδη τέλη, καὶ θέρους ἀρχὴ, καὶ πάντα ἐν ἀκμῇ· δένδρα ἐν καρποῖς, πεδία ἐν ληΐοις. Ἡδεῖα μὲν τεττίγων ἠχή· γλυκεῖα καὶ ἡ τῆς ὀπώρας ὀδμή· τερπνὴ δὲ ποιμνίων βληχή. Εἴκασεν ἄν τις καὶ τοὺς ποταμοὺς ᾄδειν, ἠρέμα ῥέοντας· καὶ τοὺς ἀνέμους συρίττειν, ταῖς πίτυσιν ἐμπνέοντας· καὶ τὰ μῆλα ἐρῶντα πίπτειν χαμαί· καὶ τὸν ἥλιον φιλόκαλον ὄντα, πάντας ἀποδύειν. Ὁ μὲν οὖν Δάφνις θαλπόμενος τούτοις ἅπασιν, εἰς τοὺς ποταμοὺς ἐνέβαινε· καὶ ποτὲ μὲν ἐλοῦτο, ποτὲ δὲ καὶ τῶν ἰχθύων τοὺς ἐνδινεύοντας ἐθήρα·

defatigationem pro ſuæ ex amore conceptæ ægritudinis remedio habuerunt. Quamprimùm autem dies rediit, ſimilem rurſùs in modum ſe adfici ſentiebant. Læti erant, ſi ſe invicem videbant; mœſti, ſi fortè pauliſper eos ſeparari contigerat. Dolebant, aliquid amplius volebant; quidnam tamen vellent, neſciebant. Illud ſolùm norant, quòd hunc quidem oſculum, illam verò lavacrum perdidiſſet. Inſuper etiam ipſos anni illud tempus incendebat.

Ver jam deſinebat, & æſtas oriebatur, omniaque vigebant. Arbores fructibus, campi ſegetibus læti: ſuavis cicadarum ſtrepitus, grata pomorum fragrantia, jucundus quoque ovium balatus. Putaſſes flumina ſensìm labentia modulari cantum, & ventos, qui pinus inflabant, fiſtulâ canere, poma amore capta humi decumbere, ſolemque venuſtatis & formæ amatorem omnes veſtibus ſuis exuere. Daphnis igitur hiſce omnibus incenſus, fluminibus ſeſe immergebat; & quandoque ſe abluebat, quandoque verò piſces laſcivientes & in gyrum tremulâ exultantes caudâ captabat; ſæpè etiam bibebat, veluti ſic internum æſtum reſ-

tincturus. Chloë verò, poſtquàm oves multaſque è capris mulſiſſet, longo dein tempore in cogendo lacte erat occupata; muſcæ namque erant ipſi graves, cùm negotium faceſſendo, tùm mordendo, ſi abigerentur. Illa deindè ablutâ facie, pineis ſe coronabat ramis, pellem hinnuli induebat, & mulctrale vino atque lacte replens, communi ſimul cum Daphnide potu fruebatur.

Ingruente verò meridie, amborum oculi fuerunt capti. Illa enim nudum conſpicata Daphnim, in ejus effloreſcentem pulchritudinem incidebat, ideòque liqueſcebat, quòd nullam in eo partem reprehendere poſſet; Daphnis viciſſim pelle hinnuli corollâque pineâ ornatam Chloën, & ſibi mulctram porrigentem intuens, unam è Nymphis, quæ in antro, videre ſe exiſtimabat. Ipſe verò pinum de capite Chloës detractam ſibi imponebat, oſculis tamen priùs corollæ impreſſis: Chloë contrà veſtem illius lavantis & denudati, priùs oſculata, induebat. Jam aliquandò & malis ſeſe petebant, atque diſcriminantes comam, invicem capita ador-

πολλάκις δὲ καὶ ἔπινεν, ὡς τὸ ἔνδοθεν καῦμα σβέσων. Ἡ δὲ Χλόη, μετὰ τὸ ἀμέλξαι τὰς οἶς καὶ τῶν αἰγῶν τὰς πολλὰς, ἐπὶ πολὺ μὲν χρόνον εἶχε πηγνῦσα τὸ γάλα· δειναὶ γὰρ αἱ μυῖαι λυπῆσαι καὶ δακεῖν, εἰ διώκοιντο. Τὸ δὲ ἐντεῦθεν, ἀπολουσαμένη τὸ πρόσωπον, πίτυος ἐστεφανοῦτο κλάδοις, καὶ τῇ νεβρίδι ἐζώννυτο, καὶ τὸν γαυλὸν ἀναπλήσασα οἴνου καὶ γάλακτος, κοινὸν μετὰ τοῦ Δάφνιδος ποτὸν εἶχε.

Τῆς δὲ μεσημβρίας ἐπελθούσης, ἐγίνετο ἤδη τῶν ὀφθαλμῶν ἅλωσις αὐτοῖς. Ἡ μὲν γὰρ γυμνὸν ὁρῶσα Δάφνιν, ἐπ᾽ ἀνθοῦν ἐνέπιπτε τὸ κάλλος, καὶ ἐτήκετο, μηδὲν αὐτοῦ μέρος μέμψασθαι δυναμένη· ὁ δὲ, ἰδὼν ἐν νεβρίδι καὶ στεφάνῳ πίτυος ὀρέγουσαν τὸν γαυλὸν, μίαν ᾤετο τῶν ἐν τῷ ἄντρῳ Νυμφῶν ὁρᾶν. Ὁ μὲν οὖν τὴν πίτυν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἁρπάζων, αὐτὸς ἐστεφανοῦτο, πρότερον φιλήσας τὸν στέφανον· ἡ δὲ, τὴν ἐσθῆτα αὐτοῦ λουομένου καὶ γυμνωθέντος ἐνεδύετο, πρότερον καὶ αὐτὴ φιλήσασα. Ἤδη ποτὲ καὶ μήλοις ἀλλήλους ἔβαλον, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀλλήλων ἐκόσ-

μήσαι, διακρίναντες τὰς κόμας. Καὶ ἡ μὲν εἴκασεν αὐτοῦ τὴν κόμην, ὅτι μέλαινα, μύρτοις· ὁ δὲ, μήλῳ τὸ πρόσωπον αὐτῆς, ὅτι λευκὸν καὶ ἐνερευθὲς ἦν. Ἐδίδασκεν αὐτὴν καὶ συρίττειν· καὶ ἀρξαμένης ἐμπνεῖν, ἁρπάζων τὴν σύριγγα, τοῖς χείλεσιν αὐτὸς τοὺς καλάμους ἐπέλειχεν· καὶ ἐδόκει μὲν ἁμαρτάνουσαν διδάσκειν, εὐπρεπῶς δὲ διὰ τῆς σύριγγος τὴν Χλόην ἐφίλει.

Συρίττοντος δὲ κατὰ τὸ μεσημβρινὸν, καὶ τῶν ποιμνίων σκιαζομένων, ἔλαθεν ἡ Χλόη κατανυστάξασα. Φωράσας τοῦτο ὁ Δάφνις, καὶ καταθέμενος τὴν σύριγγα, πᾶσαν αὐτὴν ἔβλεπεν ἀπλήστως, οἷα μηδὲν αἰδούμενος, καὶ ἅμα καὶ αὐτῇ ἠρέμα ὑπεφθέγγετο· « Οἷοι καθεύδουσιν ὀφθαλμοί· οἷον δὲ ἀποπνεῖ τὸ στόμα. Οὐδὲ τὰ μῆλα τοιοῦτον, οὐδὲ αἱ λόχμαι. Ἀλλὰ φιλεῖν μὲν δέδοικα· δάκνει τὸ φίλημα τὴν καρδίαν, καὶ, ὥσπερ τὸ νέον μέλι, μαίνεσθαι ποιεῖ· ὀκνῶ δὲ μὴ καὶ φιλήσας αὐτὴν ἀφυπνίσω. Ὦ λάλων τεττίγων. Οὐκ ἐάσουσιν αὐτὴν καθεύδειν μέγα ἠχοῦντες. Ἀλλὰ καὶ οἱ

nabant ſibi. Et Chloë cæſariem Daphnidis, ut potè nigricantem, myrteis baccis; Daphnis verò faciem Chloës, quòd candida & ſubrubicunda eſſet, malo adſimilabat. Docebat eam & fiſtulâ canere; ſimulque ea inſpirare cœperat, fiſtulam eripiens, labellis ipſe calamos delingebat. Sicque dum videbatur errantem informare, ſpecioſo admodùm prætextu per fiſtulam Chloën oſculabatur.

Contigit verò, cùm per meridiem fiſtulâ luderet, & pecora opacâ tegerentur umbrâ, Chloën imprudentem in ſomnum dilapſam eſſe. Quo animadverſo, Daphnis fiſtulam depoſuit, totamque ipſam inexplebiliter contemplatus eſt, quippe qui nihil tùm revereretur; ſimulque ad ipſam leniter ſubloqui cœpit: « Quales dormiunt ocelli? Quem « os exhalat ſpiritum? Certè non talem mala, non « arbuſta. Sed oſculum figere vereor; cor quippe « mordet ſuavium, & haud ſecùs atque novum « mel, inſanire facit. Prætereà timeo, ſi oſculum « ei dederim, ne ſomnium excutiam. O garrulas « cicadas! Dormire ipſam non ſinent ita validè « perſtrepentes. At & hirci cornibus confligen- « tes pugnam conferunt. O lupos vel vulpibus

« magìs ignavos, quod hoſce non rapuerunt ! »

Intereà dum hæc faciebat verba, cicada fugiens hirundinem, quæ ipſam capere vellet, in Chloës incidit ſinum; atque hirundo inſequens, illam quidem adprehendere non potuit, ſed propiùs inſectando accedens, alis genas puellæ attigit: quæ quidem ignara quid actum fuiſſet, magno cum clamore è ſomno exſiluit. Cùm autem vidiſſet & hirundinem propè adhuc volantem, & Daphnim ſuper hoc metu ridentem, timere deſtitit, & oculos adhuc dormiturientes abſterſit. Atque cicada inſtar ſupplicis gratias agentis pro ſalute partâ, ipſo è ſinu inſonuit. Iterùm igitur Chloë valdè exclamavit, Daphnis verò riſit; eâque occaſione arreptâ, in ſinum puellæ manus immiſit, optimamque illam cicadam, nequidem in dextrâ ſilentem, extraxit. Quâ conſpectâ Chloë admodùm delectabatur, apprehenſamque deoſculata, iterùm ſinu ſuo excepit garrientem.

« τράγοι τοῖς κέρασι παίουσι μαχόμενοι· ὦ λύκων ἀλωπέκων δειλοτέρων, οἳ τούτους οὐχ ἥρπασαν. »

Ἐν τούτοις ὄντος αὐτοῦ λόγοις, τέττιξ φεύγων χελιδόνα θηρᾶσαι θέλουσαν, κατέπεσεν εἰς τὸν κόλπον Χλόης· καὶ ἡ χελιδὼν ἑπομένη, τὸν μὲν οὐκ ἠδυνήθη λαβεῖν, ταῖς δὲ πτέρυξιν ἐγγὺς διὰ τὴν δίωξιν γενομένη, τῶν παρειῶν αὐτῆς ἥψατο. Ἡ δὲ οὐκ εἰδυῖα τὸ πραχθὲν, μέγα βοήσασα, τῶν ὕπνων ἐξέθορεν. Ἰδοῦσα δὲ καὶ τὴν χελιδόνα ἔτι πλησίον πετομένην, καὶ τὸν Δάφνιν ἐπὶ τῷ δέει γελῶντα, τοῦ φόβου μὲν ἐπαύσατο, τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς ἀπέματτεν ἔτι καθεύδειν θέλοντας. Καὶ ὁ τέττιξ ἐκ τῶν κόλπων ἐπήχησεν ὅμοιον ἱκέτῃ χάριν ὁμολογοῦντι τῆς σωτηρίας. Πάλιν οὖν ἡ Χλόη μέγα ἀνεβόησεν, ὁ δὲ Δάφνις ἐγέλασεν. Καὶ προφάσεως λαβόμενος, καθῆκεν αὐτῆς εἰς τὰ στέρνα τὰς χεῖρας, καὶ ἐξάγει τὸν βέλτιστον τέττιγα, μηδὲ ἐν τῇ δεξιᾷ σιωπῶντα. Ἡ δὲ ἥδετο ἰδοῦσα, καὶ ἐφίλησε λαβοῦσα, καὶ αὖθις ἐνέβαλλε τῷ κόλπῳ λαλοῦντα.

Ἔτερψεν αὐτοὺς ποτε φάττα βουκολικὸν ἐκ τῆς ὕλης φθεγξαμένη. Τῆς Χλόης ζητούσης μαθεῖν ὅ,τι λέγει, διδάσκει αὐτὴν ὁ Δάφνις, μυθολογῶν τὰ θρυλλούμενα. « Ἦν παρθένος, παρθένε, ὡς σὺ οὕτω καλὴ, καὶ ἔνεμε βοῦς πολλὰς, οὕτως ἐν ἡλικίᾳ. Ἦν ἄρα καὶ ᾠδικὴ, καὶ ἐτέρποντο αἱ βόες αὐτῆς τῇ μουσικῇ, καὶ ἔνεμεν οὔτε καλαύροπος πληγῇ, οὔτε κέντρου προσβολῇ· ἀλλὰ καθίσασα ὑπὸ πίτυν, καὶ στεφανωσαμένη πίτυϊ, ᾖδε Πᾶνα καὶ τὴν Πίτυν. Καὶ αἱ βόες τῇ φωνῇ παρέμενον. Παῖς οὐ μακρὰν νέμων βοῦς, καὶ αὐτὸς καλὸς, ᾠδικὸς ὡς ἡ παρθένος, φιλονεικήσας πρὸς τὴν μελῳδίαν, μείζονα ὡς ἀνὴρ, ἡδεῖαν ὡς παῖς, φωνὴν ἀντεπεδείξατο. Καὶ τῶν βοῶν ὀκτὼ τὰς ἀρίστας ἐς τὴν ἰδίαν ἀγέλην θέλξας, ἀπεβουκόλησεν. Ἄχθεται ἡ παρθένος τῇ βλάβῃ τῆς ἀγέλης, τῇ ἥττῃ τῆς ᾠδῆς· καὶ εὔχεται τοῖς θεοῖς ὄρνις γενέσθαι, πρὶν οἴκαδε ἀφικέσθαι. Πείθονται οἱ θεοὶ, καὶ ποιοῦσι τήνδε τὴν ὄρνιν, ὄρειον ὡς παρθένον, μουσικὴν ὡς ἐκείνην. Καὶ

Tunc ipſos palumbes ex ſylvâ paſtorale quid canens, oblectavit. Quærentem autem Chloën quidnam hæc avis caneret, Daphnis eam edocuit fabulam quæ vulgò jactabatur: « Erat virgo, mi virgo, « ut tu admodùm formoſa, quæ ſimiliter in flore « ætatis multos paſcebat boves. Eadem utique & « perita canendi erat, impensèque illius modula- « tione delectabantur boves, adeò ut neque pedi « ictu, neque ſtimuli inflictu inter paſcendum « opus haberet; ſed ſub pino ſedens pineâque « cincta coronâ, Pana atque Pinum cantu cele- « brabat, quo delinitæ vaccæ ab ipsâ nunquam « diſcedebant. Adoleſcens non procùl indè boves « paſcens, & ipſe pulcher & muſicus, ut hæc « virgo, cumque illâ de cantûs ſuavitate conten- « dens, majorem vocem ut mas, dulcem ut puer « contrà edidit, & ſic octo e vaccis, eaſque opti- « mas, ſuum in armentum pellectas abegit. Indignè « tulit puella hoc ſui armenti damnum, cantuque « ſuccubuiſſe dolens, precatur Deos, ut in avem, « antequàm domum redeat, convertatur. An- « nuunt Dii, inque avem illam mutant monta- « nam atque muſicam, virgini iſti ſimilem, quæ « etiam nunc canendo ſuæ facit indicium jacturæ, « quòd ſcilicet errabundas vaccas quærat. »

Ejuſmodi oblectamenta illis ſuppeditavit æſtas. Autumno verò adulto & uvis matureſcentibus, Tyrii prædones, Carico hemiolio ſumpto, ne fortè barbari viderentur, ad agros appulere, & gladiis dimidiatiſque thoracibus armati, cuncta quæ in manus incidebant, diripuere, vinum odoratum, magnam frumenti copiam, mel quod ſuis continebatur favis. Boves quoque aliquot de Dorconis grege abegerunt, imò & Daphnim juxtà mare errabundum ceperunt. Chloë namque, ut potè puella, laſcivorum & ferocium paſtorum metu, ſeriùs Dryantis oves eduxerat. Hi cùm vidiſſent juvenem hunc procerum ac formoſum, ipsâ rapinâ ex agris ablatâ præſtantiorem, non ampliùs ſatagentes caprarum, aut aliarum in aliis agris rerum, illum plorantem, conſilii inopem, & altâ voce Chloën vocantem, ad navem abduxerunt. Confeſtim ſoluto fune, remiſque manibus injectis in altum provehuntur. Intereà Chloë jam oves educebat, fiſtulamque novam Daphnidi munus adferebat. At videns capras perterritas, & audiens Daphnim ſemper magìs magìſque ipſam inclamantem, neglectis ovibus, fiſtulam projicit,

» ἔτι νῦν ἄδουσα μηνύει τὴν συμφορὰν, ὅτι βοῦς
» ζητεῖ πεπλανημένας ".

Τοιάσδε τέρψεις αὐτοῖς τὸ θέρος παρεῖχε. Μετοπώρου δὲ ἀκμάζοντος, καὶ τοῦ βότρυος ἤδη περκάζοντος, Τύριοι λῃσταὶ Καρικὴν ἔχοντες ἡμιολίαν, ὡς ἴσως μὴ δοκοῖεν βάρβαροι, προσέσχον τοῖς ἀγροῖς, καὶ ἐκβάντες σὺν μαχαίραις καὶ ἡμιθωρακίοις, κατέσυρον πάντα τὰ εἰς χεῖρας ἐλθόντα, οἶνον ἀνθοσμίαν, πυρὸν ἄφθονον, μέλι ἐν κηρίοις· ἤλασάν τινας καὶ βοῦς ἐκ τῆς Δόρκωνος ἀγέλης. Λαμβάνουσι καὶ τὸν Δάφνιν περὶ τὴν θάλατταν ἀλύοντα· ἡ γὰρ Χλόη βραδύτερον, ὡς κόρη, τὰ πρόβατα ἐξῆγε τοῦ Δρύαντος, φόβῳ τῶν ἀγερώχων ποιμένων. Ἰδόντες δὲ μειράκιον μέγα καὶ καλὸν, κρεῖττον τῆς ἐξ ἀγρῶν ἁρπαγῆς, μηκέτι μηδὲν, μηδὲ εἰς τὰς αἶγας, μηδὲ εἰς τοὺς ἄλλους ἀγροὺς, περιεργασάμενοι, κατῆγον αὐτὸν εἰς τὴν ναῦν κλάοντα καὶ ἠπορημένον, καὶ μέγα Χλόην καλοῦντα. Καὶ οἱ μὲν, τὸ πεῖσμα ἄρτι ἀπολύσαντες, καὶ τὰς κώπας ταῖς χερσὶν ἐμβαλόντες, ἀπέπλεον εἰς τὸ πέλα-

ρος· Χλόη δὲ κατήλαυνε τὸ ποίμνιον, σύριγγα καινὴν τῷ Δάφνιδι δῶρον κομίζουσα. Ἰδοῦσα δὲ τὰς αἶγας τεταραγμένας, καὶ ἀκούσασα τοῦ Δάφνιδος ἀεὶ μεῖζον αὐτὴν βοῶντος, προβάτων μὲν ἀμελεῖ, καὶ τὴν σύριγγα ῥίπτει, δρόμῳ δὲ πρὸς τὸν Δόρκωνα παραγίνεται, δεησομένη βοηθεῖν.

Ὁ δὲ ἔκειτο πληγαῖς νεανικαῖς συγκεκομμένος ὑπὸ τῶν λῃστῶν, καὶ ὀλίγον ἐμπνέων, αἵματος πολλοῦ φερομένου. Ἰδὼν δὲ καὶ τὴν Χλόην, καὶ ὀλίγον ἐκ τοῦ πρότερον ἔρωτος ἐμπύρευμα λαβών· « Ἐγὼ μὲν, εἶπε, Χλόη, τεθνήξομαι « μετ᾽ ὀλίγον· οἱ γάρ με ἀσεβεῖς λῃσταὶ περὶ « τῶν βοῶν μαχόμενον κατέκοψαν ὡς βοῦν. Σὺ « δὲ, σοὶ καὶ Δάφνιν σῶσον, κἀμοὶ τιμώρησον, « κἀκείνους ἀπόλεσον. Ἐπαίδευσα τὰς βοῦς ἤχῳ « σύριγγος ἀκολουθεῖν, καὶ διώκειν τὸ μέλος « αὐτῆς, κἂν νέμωνταί ποι μακράν. Ἴθι δὴ, « λαβοῦσα τὴν σύριγγα ταύτην, ἔμπνευσον αὐτῇ « μέλος ἐκεῖνο, ὃ Δάφνιν ἐγώ ποτε ἐδιδαξάμην, σὲ δὲ Δάφνις· τὸ δὲ ἐντεῦθεν τῇ σύριγγι μελήσει, καὶ τῶν βοῶν τῶν ἐκεῖ. Χαρί-

atque ad Dorconem curſu contendit, oratura ut ſuppetias ferat.

Ille verò gravibus plagis à latronibus conciſus, & paululùm adhùc ſpirans, ſanguine multo erumpente, jacebat proſtratus. Viſâ tamen Chloë, & exiguo prioris amoris igniculo exſuſcitato, « Mea « Chloë, inquit, ego quidem jamjam moriturus « ſum : nefarii enim prædones me pro bobus pu- « gnantem haud ſecùs ac bovem conciderunt; tu « verò & tibi Daphnim ſervato, & me ulciſcere, « & illos malè perde. Adſueſeci vaccas meas fiſ- « tulæ ſequi ſonum, cantumque ejus conſectari, « licèt alicubì procùl paſcantur. Agedùm, ac- « ceptâ hâc fiſtulâ, idem canito carmen, quod « egomet olim Daphnim, te verò Daphnis do- « cuit; cætera autem curæ erunt fiſtulæ & his quæ « illic erunt vaccis. Dono verò tibi & hanc ipſam « fiſtulam, quâ contendens multos ſuperavi & « bubulcos & caprarios. Tu verò pro hiſce & « adhuc viventem oſculator, & mox fato func-

« tum lugeto ; & cùm alium boves paſcentem « videbis, meî memento ».

Et Dorco quidem his dictis, ſuavioque poſtremo dato, ſimul cum ſuavio atque voce animam emiſit. Chloë, acceptâ fiſtulâ, labiiſque ſuis admotâ, totis viribus annixa eam inflabat. Extemplò boves audire, cantum agnoſcere, mugituque edito, uno eodemque impetu in mare deſilire. Violento autem ſaltu in alterum navis latus facto, exque caſu boum profundo mari dehiſcente, navis evertitur, fluctibuſque coëuntibus, peſſum it; quique in eâ, excidunt, impari tamen ſpe ſalutis : quippe prædones, gladiis accincti, atque dimidiatis ſquamoſiſque thoracibus induti, necnon ocreis ad media uſque crura calceati erant ; Daphnis autem diſcalceatus, ut qui in campo tunc paſceret, atque ſeminudus, ut potè cùm adhuc æſtivi ardores ferveſcerent. Reliquos igitur, poſtquàm pauliſper nataſſent, arma in profundum demersêre ; Daphnis contrà veſtem facilè exuebat, in natando tamen non parùm laborabat, quippe anteà in fluviis tantùm nare ſolitus. Verùm deinceps quod facto opus,

« ζομαι δέ σοι καὶ τὴν σύριγγα αὐτὴν, ᾗ πολλοὺς « ἐρίζων καὶ βουκόλους ἐνίκησα καὶ αἰπόλους. Σὺ δὲ, « ἀντὶ τούτων, καὶ ζῶντα ἔτι φίλησον, καὶ ἀπο- « θανόντα κλαῦσον· κἂν ἴδῃς ἄλλον νέμοντα « τὰς βοῦς, ἐμοῦ μνημόνευσον. »

Δόρκων μὲν τοσαῦτα εἰπὼν, καὶ φίλημα φιλήσας ὕστατον, ἀφῆκεν ἅμα καὶ τῷ φιλήματι καὶ τῇ φωνῇ τὴν ψυχήν. Ἡ δὲ Χλόη λαβοῦσα τὴν σύριγγα, καὶ ἐνθεῖσα τοῖς χείλεσιν, ἐσύριζε μέγιστον ὡς ἐδύνατο· καὶ αἱ βόες ἀκούουσι, καὶ τὸ μέλος γνωρίζουσι, καὶ ὁρμῇ μιᾷ μυκησάμεναι πηδῶσιν εἰς τὴν θάλατταν. Βιαίου δὲ πηδήματος εἰς ἕνα τοῖχον τῆς νεὼς γενομένου, καὶ ἐκ τῆς ἐμπτώσεως τῶν βοῶν κοίλης τῆς θαλάττης διαστάσης, στρέφεται μὲν ἡ ναῦς, καὶ τοῦ κλύδωνος συνιόντος, ἀπόλλυται. Οἱ δὲ ἐκπίπτουσιν, οὐχ ὁμοίαν ἔχοντες ἐλπίδα σωτηρίας. Οἱ μὲν γὰρ λῃσταὶ τὰς μαχαίρας παρήρτηντο, καὶ τὰ ἡμιθωράκια λεπιδωτὰ ἐνεδέδυντο, καὶ κνημίδας εἰς μέσην κνήμην ὑπεδέδεντο· ὁ δὲ Δάφνις, ἀνυπόδητος, ὡς ἐν πεδίῳ νέμων, καὶ ἡμίγυμνος,

ὡς ἔτι τῆς ὥρας οὔσης καυματώδους. Ἐκείνους μὲν οὖν ἐπ' ὀλίγον νηξαμένους τὰ ὅπλα κατήνεγκεν εἰς βυθόν· ὁ δὲ Δάφνις τὴν μὲν ἐσθῆτα ῥᾳδίως ἀπεδύσατο, περὶ δὲ τὴν νῆξιν ἔκαμνεν, οἷα πρότερον νηχόμενος ἐν ποταμοῖς μόνοις. Ὕστερον δὲ, παρὰ τῆς ἀνάγκης τὸ πρακτέον διδαχθεὶς, εἰς μέσας ὥρμησε τὰς βοῦς· καὶ δύο βοῶν κεράτων ταῖς δύο χερσὶ λαβόμενος, ἐκομίζετο μέσος ἀλύπως καὶ ἀπόνως, ὥσπερ ἐλαύνων ἅμαξαν. Νήχεται δὲ ἄρα βοῦς ὅσον οὐδὲ ἄνθρωπος· μόνον λείπεται τῶν ἐνύδρων ὀρνίθων, καὶ αὐτῶν ἰχθύων. Οὐδ' ἂν ἀπόλοιτο βοῦς νηχόμενος, εἰ μὴ τῶν χηλῶν οἱ ὄνυχες περιπέσοιεν διάβροχοι γενόμενοι. Μαρτυροῦσι τῷ λόγῳ μέχρι νῦν πολλοὶ τόποι τῆς θαλάττης, Βοὸς πόροι λεγόμενοι.

Ἐκσώζεται μὲν δὴ τοῦτον τὸν τρόπον ὁ Δάφνις, δύο κινδύνους παρ' ἐλπίδα πᾶσαν διαφυγὼν, λῃστηρίου καὶ ναυαγίου. Ἐξελθὼν δὲ, καὶ τὴν Χλόην ἐπὶ τῆς γῆς γελῶσαν ἅμα καὶ δακρύουσαν εὑρὼν, ἐμπίπτει τε αὐτῆς τοῖς κόλποις, καὶ ἐπυνθά-

Digitized by Google

ab ipsâ edoctus neceſſitate, in medios boves irruit, & utrâque manu duorum cornibus boum apprehenſis, abſque moleſtiâ & abſque labore intermedius ferebatur, veluti currum agens. Natat autem in tantùm bos, in quantùm neque homo unquàm queat, & tantùm in nando ab aquatilibus avibus ipſiſque piſcibus vincitur: neque utiquè bos natando perierit, niſi ungulæ aquis emollitæ circumdeciderent. Multi maris loci, ad hanc uſque ætatem Bovis trajectus nuncupati, meis dictis teſtimonium perhibent.

Hunc in modum Daphnis fuit ſervatus, duo pericula præter ſpem omnem effugiendo, latronum agmen atque naufragium: inque terram egreſſus, Chloën invenit ridentem ſimul & flentem, in cujus ſinu reclinatus, quid ſibilo iſto edito voluerit, percunctatur. Atque hæc omnia illi ordine enar-

rat : nimirùm ut ad Dorconem currere cœperit, quomodò vaccæ edoctæ fuerint, quomodò fiſtulam inflare juſſa fuerit, & quo pacto diem ſuum obierit Dorco; oſculum ſolum, præ pudore, alto involvit ſilentio. Decreverunt igitur honore proſequi tam benè de ipſis meritum; & unà cum propinquis venientes, Dorconem miſerum ſepulturæ mandârunt. Terram igitur multam injecerunt, & plantas ſativas magnâ copiâ illic plantaverunt, primitiaſque laborum ipſi ſuſpenderunt. Inſuper & lac libârunt, uvas compreſſerunt, & multas fiſtulas paſtoritias confregerunt. Auditi fuerunt & boum mugitus miſerabiles, viſæque unà cum mugitibus diſcurſitationes quædam incompoſitæ. Atque hæc ipſa, ut opiliones caprariique conjectabant, erant boum lamentatio defunctum ſuum bubulcum lugentium.

Poſt has Dorconis exequias, Chloë Daphnim ad Nymphas ductum, inque antrum introductum abluit. Quo tempore & illa, tunc primùm inſpiciente Daphnide, corpus lavit candidum & jam anteà nitidum ob eximium formæ decus, neque lavacro opus habens ad pulchritudinem. Hinc collectis pro anni tempeſtate floribus, Nympharum

νεῖτο, τί βουλομένη συρίσειεν. Ἡ δὲ αὐτῷ διηγεῖται πάντα· τὸν δρόμον τὸν ἐπὶ τὸν Δόρκωνα, τὸ παίδευμα τῶν βοῶν, πῶς κελευσθείη συρίσαι, καὶ ὅτι τέθνηκε Δόρκων· μόνον αἰδεσθεῖσα τὸ φίλημα οὐκ εἶπεν. Ἔδοξε δὴ τιμῆσαι τὸν εὐεργέτην· καὶ ἐλθόντες μετὰ τῶν προσηκόντων, Δόρκωνα θάπτουσι τὸν ἄθλιον. Γῆν μὲν οὖν πολλὴν ἐπέθεσαν, φυτὰ δὲ ἥμερα πολλὰ ἐφύτευσαν, καὶ ἐξήρτησαν αὐτῷ τῶν ἔργων ἀπαρχάς· ἀλλὰ καὶ γάλα κατέσπεισαν, καὶ βότρυας κατέθλιψαν, καὶ σύριγγας πολλὰς κατέκλασαν. Ἠκούσθη καὶ τῶν βοῶν ἐλεεινὰ μυκήματα, καὶ δρόμοι τινὲς ὤφθησαν ἅμα τοῖς μυκήμασιν ἄτακτοι· καὶ, ὡς ἐν ποιμέσιν εἰκάζετο καὶ αἰπόλοις, ταῦτα θρῆνος ἦν τῶν βοῶν ἐπὶ βουκόλῳ τετελευτηκότι.

Μετὰ δὲ τὸν τοῦ Δόρκωνος τάφον, λούει τὸν Δάφνιν ἡ Χλόη πρὸς τὰς Νύμφας ἀγαγοῦσα, εἰς τὸ ἄντρον εἰσαγαγοῦσα. Καὶ αὐτὴ, τότε πρῶτον Δάφνιδος ὁρῶντος, ἐλούσατο τὸ σῶμα λευκὸν, καὶ καθαρὸν ὑπὸ κάλλους, καὶ οὐδὲ λουτρῶν ἐς κάλλος δεόμενον· καὶ ἄνθη τε συλλέ-

ξαντες, ὅσα ἄνθη τῆς ὥρας ἐκείνης, ἐστεφάνωσαν τὰ ἀγάλματα, καὶ τὴν τοῦ Δόρκωνος σύριγγα τῆς πέτρας ἐξήρτησαν ἀνάθημα. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐλθόντες, ἐπεσκόπουν τὰς αἶγας καὶ τὰ πρόβατα. Τὰ δὲ πάντα κατέκειτο μήτε νεμόμενα, μήτε βληχώμενα, ἀλλ', οἶμαι, τὸν Δάφνιν καὶ τὴν Χλόην ἀφανεῖς ὄντας ποθοῦντα. Ἐπειδὴ γοῦν ὀφθέντες καὶ ἐβόησαν τὸ σύνηθες, καὶ ἐσύρισαν, τὰ μὲν ἀναστάντα ἐνέμετο, αἱ δὲ αἶγες ἐσκίρτων φριμασσόμεναι, καθάπερ ἡδόμεναι σωτηρίᾳ συνήθους αἰπόλου. Οὐ μὴν ὁ Δάφνις χαίρειν ἔπειθε τὴν ψυχήν· ἰδὼν τὴν Χλόην γυμνὴν, καὶ τὸ πρότερον λανθάνον κάλλος ἐκκεκαλυμμένον, ἤλγει τὴν καρδίαν, ὡς ἐσθιομένην ὑπὸ φαρμάκων. Καὶ αὐτὸ τὸ πνεῦμα ποτὲ μὲν λάβρον ἐξέπνει, καθάπερ τινὸς διώκοντος αὐτὸν, ποτὲ δὲ ἐπέλειπε, καθάπερ ἐκδαπανηθὲν ἐν ταῖς προτέραις ἐπιδρομαῖς. Ἐδόκει τὸ λουτρὸν εἶναι τῆς θαλάττης φοβερώτερον. Ἐνόμιζε τὴν ψυχὴν ἔτι παρὰ τοῖς λησταῖς μένειν, οἷα νέος ἄγροικος καὶ ἔτι ἀγνοῶν τὸ Ἔρωτος ληστήριον.

coronant ſigna, Dorconisque fiſtulam de petrâ conſecratam ſuſpendunt. Poſteà regreſſi capras atque oves inſpiciebant; quæ omnes jacebant, neque paſcentes, neque balantes, ſed, ut puto, Daphnim atque Chloën ex oculis ablatos deſiderantes. Ut verò conſpecti conſuetam edidêre vocem, fiſtulamque inflârunt, illicò ſurgentia pecora paſcebant, capellæ autem præ gaudio fremebundæ exultabant, veluti ob noti caprarii ſalutem lætæ. Non tamen Daphnis, ut gauderet, animum inducere potuit; poſtquàm enim nudam vidit Chloën, atque pulchritudinem priùs abſconditam, nunc detectam, ingentem corde ſentiebat dolorem, haud aliter ac ſi veneno exederetur. Ipſius ſpiritus interdùm rapidus, quaſi eum perſequente aliquo, ducebatur; interdùm prioribus veluti incurſionibus conſumptus, deficiebat. Lavacrum hoc illi ipſo terribilius mari videbatur. Animum ſuum etiamnùm apud latrones eſſe, ut potè juvenis agreſtis, latrociniique Amoris hùc uſque ignarus, exiſtimabat.

LIBER SECUNDUS.

Adulto jam autumno, inſtanreque vindemiæ tempore, quilibet in agris operi inrentus erat: alius torcularia reparabat, alius dolia extergebar, alius cophinos texebat. Erat qui ſibi falculam uvis præcidendis curabat: alius lapidem, qui vini plenas uvas contereret: alius viticem aridam ictibus impactis contuſam & benè dedolatam, quo ſcilicet prælucente lumine, tempore nocturno muſtum deferretur. Hinc Daphnis arque Chloë, neglectis ovibus capriſque, mutuam ſibi accommodabant operam. Daphnis nempè in corbibus portabar uvas, injectaſque torculari calcabat, inque dolia vinum inferebat; Chloë autem cibum vindemiatoribus parabat, potumque iiſdem miſcebat vinum vetuſtius, atque ex humilioribus vitibus uvas colligebat. Omnis quippè in Lesbo vitis erat humilis, non ſublimis, neque arboribus maritata, ſed deorsùm palmites protendens, atque hederæ inſtar ſerpens. Et vel infans utiquè, cui recèns manus à faſciis laxatæ ſint, uvas apprehenderit.

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Ἤδη δὲ τῆς ὀπώρας ἀκμαζούσης, καὶ ἐπείγοντος τοῦ τρυγητοῦ, πᾶς ἦν κατὰ τοὺς ἀγροὺς ἐν ἔργῳ. Ὁ μὲν, ληνοὺς ἐπεσκεύαζεν· ὁ δὲ, πίθους ἐξεκάθαιρεν· ὁ δὲ, ἀρρίχους ἐπελύνιζεν· ἔμελέ τινι δρεπάνης μικρᾶς ἐς βότρυος τομήν· καὶ ἑτέρῳ, λίθου θλίψαι τὰ ἔνοινα τῶν βοτρύων δυναμένου· καὶ ἄλλῳ, λύγου ξηρᾶς πληγαῖς κατεξασμένης, ὡς ἂν ὑπὸ φωτὶ νύκτωρ τὸ γλεῦκος φέροιτο. Ἀμελήσαντες οὖν καὶ ὁ Δάφνις καὶ ἡ Χλόη τῶν προβάτων καὶ τῶν αἰγῶν, χειρὸς ὠφέλειαν ἀλλήλοις μετεδίδοσαν. Ὁ μὲν ἐβάσταζεν ἐν ἀρρίχοις βότρυς, καὶ ἐπάτει τοῖς ληνοῖς ἐμβάλλων, καὶ εἰς τοὺς πίθους ἔφερε τὸν οἶνον· ἡ δὲ τροφὴν παρεσκεύαζε τοῖς τρυγῶσι, καὶ ἐνέχει ποτὸν αὐτοῖς πρεσβύτερον οἶνον, καὶ τῶν ἀμπέλων τὰς ταπεινοτέρας ἀπετρύγα. Πᾶσα γὰρ κατὰ τὴν Λέσβον ἦν ἄμπελος ταπεινή, οὐ μετέωρος, οὐδὲ ἀναδενδράς, ἀλλὰ κάτω τὰ κλήματα ἀποτείνουσα, καὶ ὥσπερ κιττὸς

νεμομένη· καὶ παῖς ἂν ἐφίκοιτο βότρυος, ἄρτι τὰς χεῖρας ἐκ σπαργάνων λελυμένος.

Οἷον οὖν εἰκὸς ἐν ἑορτῇ Διονύσου καὶ οἴνου γενέσει, αἱ μὲν γυναῖκες ἐκ τῶν πλησίον ἀγρῶν εἰς ἐπικουρίαν κεκλημέναι, τῷ Δάφνιδι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπέβαλλον, καὶ ἐπῄνουν ὡς ὅμοιον τῷ Διονύσῳ τὸ κάλλος. Καί τις τῶν θρασυτέρων καὶ ἐφίλησε, καὶ τὸν Δάφνιν παρώξυνε, τὴν δὲ Χλόην ἐλύπησεν. Οἱ δὲ ἐν τοῖς ληνοῖς, ποικίλας φωνὰς ἔρριπτον ἐπὶ τὴν Χλόην, καὶ, ὥσπερ ἐπί τινα Βάκχην Σάτυροι, μανικώτερον ἐπήδων, καὶ ηὔχοντο γενέσθαι ποίμνια, καὶ ὑπ᾽ ἐκείνης νέμεσθαι· ὥστε αὖ πάλιν ἡ μὲν ἥδετο, Δάφνις δὲ ἐλυπεῖτο. Εὔχοντο δὴ ταχέως παύσασθαι τὸν τρυγητὸν, καὶ λαβέσθαι τῶν συνήθων χωρίων, καὶ, ἀντὶ τῆς ἀμούσου βοῆς, ἀκούειν σύριγγος, ἢ τῶν ποιμνίων αὐτῶν βληχωμένων. Καὶ ἐπεὶ διαγενομένων ὀλίγων ἡμερῶν, αἱ μὲν ἄμπελοι τετρύγηντο, πίθοι δὲ τὸ γλεῦκος εἶχον, ἔδει δὲ οὐκέτι οὐδὲν πολυχειρίας, κατήλαυνον τὰς ἀγέλας εἰς τὸ πεδίον· καὶ μάλα χαίροντες, τὰς Νύμφας προσ-

Ut igitur par eſt in Bacchi feſto vinique natalibus, mulieres proximis ex agris accerſitæ ut rem ſuâ operâ adjuvarent, Daphnidi oculos adjiciebant, laudibuſque eum tanquam Baccho pulchritudine parem efferebant. Et quædam ex audacioribus oſculum ipſi fixit; quæ res ſicutì Daphnim inflammavit, ità ſanè Chloæ fuit dolori. Qui autem in calcatoriis erant, illi varias voces in Chloën jactabant, & velutì in quamdam Baccham Satyri furiosè inſiliebant, optabantque oves fieri, & ab illâ paſci; undè & illa viciſſim delectabatur, Daphnis autem mœrebat. Porrò non aliud illis in votis erat, quàm ut mox, vindemiâ finitâ, conſuetos repeterent campos, proque incondito illo clamore, fiſtulam, aut ipſos balantes audirent greges. At poſtquàm pauculis interjectis diebus, uvæ quidem vindemiatæ eſſent, dolia verò muſſtum jam recepiſſent, nihilque prætereà eſſet quòd manuum plurium operam depoſceret, ibi rursùs greges in campum depulerunt, atque admodùm læti Nymphas adoraverunt, racemos ipſis in palmitibus, vindemiæ primitias, illis offerentes: neque verò priori tempore negligenter un-

quàm prætergredi ſolebant Nymphas, ſed ſemper, antequàm in paſcua greges abigerent, huic cultui incumbebant, èque paſcuis redeuntes, eas adorabant, ſemper aliquid afferentes, ſivè florem, ſivè poma, ſivè ramum viridem, ſivè lactis libamen. Atque hujus quidem pietatis gratiam poſteà à Deabus retulêre; tunc autem quaſi canes, quod aiunt, vinculis ſoluti, ſaltabundi laſciviebant, fiſtulâ ludebant, cantabant hircis ovibusque colluctabantur.

Dum ſic indulgent genio, illis ſenex quidam rhenone indutus, carbatinis calceatus, peram gerens adpenſam, eamque admodùm vetuſtam, ſupervenit; qui juxtà illos conſidens, hunc in modum fatur: « Ego ſum, ô pueri, ſenex ille Phi-« letas, qui ſæpiùs in harumce Nympharum ho-« norem cecini, frequenterque in hujuſce Panis « laudem fiſtulâ ſum modulatus, & ſolo canendi « artificio magna boum armenta duxi. Venio « autem quæ vidi, vobis indicaturus, quæque au-« divi, annuntiaturus. Eſt mihi hortus, quem ego « ſedulò, ex quo paſcere armenta ob ſenectutem

εκύνουν, βότρυς αὐτοῖς κομίζοντες ἐπὶ κλημάτων, ἀπαρχὰς τοῦ τρυγητοῦ. Οὐδὲ τὸν πρότερον χρόνον ἀμελῶς ποτε παρῆλθον, ἀλλ' ἀεί γε ἐρχόμενοι νομῆς προσήδρευον, καὶ ἐκ νομῆς ἀνιόντες, προσεκύνουν· καὶ πάντως τι ἀπέφερον, ἢ ἄνθος, ἢ ὀπώραν, ἢ φυλλάδα χλωρὰν, ἢ γάλακτος σπονδήν. Καὶ τούτου μὲν ὕστερον ἀμοιβὰς ἐκομίσαντο παρὰ τῶν θεῶν. Τότε δὲ κύνες, φασὶν, ἐκ δεσμῶν λυθέντες ἐσκίρτων, ἐσύριττον, ᾖδον, τοῖς τράγοις καὶ τοῖς προβάτοις συνεπάλαιον.

Τερπομένοις δὲ αὐτοῖς ἐφίσταται πρεσβύτης, σισύραν ἐνδεδυμένος, καρβατίνας ὑποδεδεμένος, πήραν ἐξηρτημένος, καὶ τὴν πήραν παλαιάν. Οὗτος πλησίον καθίσας αὐτῶν, ὧδε εἶπε·
« Φιλητᾶς, ὦ παῖδες, ὁ πρεσβύτης ἐγώ· ὃς
« πολλὰ μὲν ταῖσδε ταῖς Νύμφαις ᾖσα, πολλὰ δὲ
« τῷ Πανὶ ἐκείνῳ ἐσύρισα, βοῶν δὲ πολλῆς
« ἀγέλης ἡγησάμην μόνῃ μουσικῇ. Ἥκω δὲ ὑμῖν
« ὅσα εἶδον, μηνύσων, ὅσα ἤκουσα, ἀπαγγελῶν.
« Κῆπός ἐστί μοι τῶν ἐμῶν χειρῶν· ὃν, ἐξ οὗ

« νέμειν διὰ γῆρας ἐπαυσάμην, ἐξεπονησάμην, ὅσα ὧραι φέρουσι, πάντα ἔχων ἐν αὐτῷ καθ' ὥραν ἑκάστην. Ἦρος, ῥόδα, κρίνα, καὶ ὑάκινθος, καὶ ἴα ἀμφότερα· θέρους, μήκωνες, καὶ ἀχράδες, καὶ μῆλα πάντα· νῦν, ἄμπελοι, καὶ συκαῖ, καὶ ῥοιαὶ, καὶ μύρτα χλωρά. Εἰς τοῦτον τὸν κῆπον ὀρνίθων ἀγέλαι συνέρχονται τὸ ἑωθινόν· τῶν μὲν, ἐς τροφὴν, τῶν δὲ, ἐς ᾠδήν· συνηρεφὴς γὰρ, καὶ κατάσκιος, καὶ πηγαῖς τρισὶ κατάρρυτος· ἂν περιέλῃ τις τὴν αἱμασιὰν, ἄλσος ὁρᾶν οἰήσεται.

« Εἰσελθόντι δέ μοι τήμερον ἀμφὶ μέσην ἡμέραν, ὑπὸ ταῖς ῥοιαῖς καὶ ταῖς μυῤῥίναις βλέπεται παῖς, μύρτα καὶ ῥοιὰς ἔχων, λευκὸς ὥσπερ γάλα, καὶ ξανθὸς ὡς πῦρ, στιλπνὸς ὡς ἄρτι λελουμένος. Γυμνὸς ἦν, μόνος ἦν· ἔπαιζεν ὡς ἴδιον κῆπον τρυγῶν. Ἐγὼ μὲν οὖν ὥρμησα ἐπ' αὐτὸν ὡς συλληψόμενος, δείσας μὴ ὑπ' ἀγερωχίας τὰς μυῤῥίνας καὶ τὰς ῥοιὰς καταχλάσῃ· ὁ δέ με κούφως καὶ ῥᾳδίως ὑπέφευγε, ποτὲ μὲν ταῖς ῥοδωνιαῖς ὑποτρέχων,

« deſtiti, meis ipſe manibus excolui: quæcumque « anni tempora ferunt, ea omnia in illo inve« niens unoquoque tempore; verno tempore, roſas, « hyacinthos & utraſque violas; æſtate, papavera, « pyra agreſtia, pomorumque omne genus; hoc « autem autumnali tempore, vites, ficos, malaque « punica & virides myrtos. Hunc in hortum tem« pore conveniunt matutino avium greges: aliæ « quidem, ad paſtum, aliæ verò, ad canendum. « Etenim umbroſus eſt & opacus, tribuſque irri« guus fontibus. Si circùm aliquis maceriam ſuſ« tulerit, lucum videre ſe putabit.

« Ingredienti mihi hodierno die circà meri« diem, ſub malis punicis myrtisque conſpicitur « puellus, manu tenens myrti baccas, malaque pu« nica, lac ipſum ſuo candore, flavâ comâ ignem « referens, nitidusque, quaſi qui modò lotus eſſet. « Hic nudus ſolusque erat, & ludibundus hor« tum, haud ſecùs ac ſuum, vindemiabat. Hâc « de causâ irrui in eum, comprehendere volens: « metuebam enim ne hâc proterviâ myrtos malos« que punicas mihi confringeret. At ille leviter & « ſinè ullo negotio me effugit, nunc ſubeundo roſa« ria, nunc ſeſe ſub papaveribus occultando, inſtar

« perdicis pulli. Sanè ſæpiuſculè laboravi hœdos « lactentes ſectando : ſæpiuſculè etiam defeſſus fui « curſu vitulos recèns natos inſequendo : ſed hoc « varium quid erat, & quod capi non poſſet. De- « feſſus igitur, ut potè ætate gravis, baculoque in- « nixus, & ſimul cavens ne elaberetur, cujuſnam « eſſet è vicinis, & quidnam ſibi vellet alienum « hortum decerpendo, quærebam. Ille nihil; ſed « propè adſtans molliter ridebat, & me myrti baccis « petens, neſcio quomodò permulcebat ut omnes « adeò iras ponerem. Rogabam itaquè illum, ut, « omiſſo jam metu, propiùs accederet, & in ma- « nus meas veniret, jurans per myrtos, & inſuper « per mala atque granata, me ſemper ei vinde- « miandas vites floresque decerpendos præbitu- « rum, uno duntaxat potitum oſculo.

« Hîc in cachinnos effuſus emittit vocem, qua- « lem neque hirundo, neque luſcinia, neque cyc- « nus, ut ego, ſenex factus. Mihi quidem, ait, « Phileta, tibi oſculum largiri nulla eſt moleſtia ; « (malo etenim oſculari, quàm tu juveneſcere.) at

« ποτὲ δὲ ταῖς μήκωσιν ὑποκρυπτόμενος, ὥσπερ « πέρδικος νεοττός. Καίτοι πολλάκις μὲν πράγ- « ματα ἔσχον ἐρίφους γαλαθηνοὺς διώκων· πολ- « λάκις δὲ ἔκαμον μεταθέων μόσχους ἀρτιγεννή- « τους· ἀλλὰ τοῦτο ποικίλον τι χρῆμα ἦν καὶ ἀθή- « ρατον. Καμὼν οὖν, ὡς γέρων, καὶ ἐπερεισά- « μενος τῇ βακτηρίᾳ, καὶ ἅμα φυλάττων μὴ « φύγῃ, ἐπυνθανόμην τίνος ἐστὶ τῶν γειτόνων, « καὶ τί βουλόμενος ἀλλότριον κῆπον τρυγᾷ. Ὁ δὲ, « ἀπεκρίνατο μὲν οὐδέν· στὰς δὲ πλησίον, ἐγέλα « πάνυ ἁπαλὸν, καὶ ἔβαλλέ με τοῖς μύρτοις, καὶ, « οὐκ οἶδ᾽ ὅπως, ἔθελγε μηκέτι θυμοῦσθαι. « Ἐδεόμην οὖν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, μηδὲν φοβού- « μενον ἔτι, καὶ ὤμνυον κατὰ τῶν μύρτων ἀφήσειν, « ἐπιδοὺς μήλων καὶ ῥοιῶν, παρέξειν τε ἀεὶ τρυ- « γᾶν τὰ φυτὰ καὶ δρέπειν τὰ ἄνθη, τυχὼν « παρὰ αὐτοῦ φιλήματος ἑνός.

« Ἐνταῦθα, πάνυ καπυρὸν γελάσας, ἀφίησι « φωνὴν, οἵαν οὔτε χελιδὼν, οὔτε ἀηδὼν, οὔτε « κύκνος, ὅμοιος ἐμοὶ γέρων γενόμενος. Ἐμοὶ « μὲν, ὦ Φιλητᾶ, φιλῆσαί σε πόνος οὐδείς· (βού-

« ἔρωμαι γὰρ φιλεῖσθαι μᾶλλον, ἢ σὺ γενέσθαι
« νέος·) ὅρα δὲ εἴ σοι καθ' ἡλικίαν τὸ δῶρον.
« Οὐδὲν γάρ σε ὠφελήσει τὸ γῆρας πρὸς τὸ μὴ
« διώκειν ἐμὲ μετὰ τὸ ἓν φίλημα. Δυσθήρατος
« ἐγὼ καὶ ἱέρακι, καὶ αἰετῷ, καὶ εἴ τις ἄλλος τούτων
» ὠκύτερος ὄρνις. Οὔτοι παῖς ἐγὼ, καὶ εἰ δοκῶ
« παῖς, ἀλλὰ τοῦ Κρόνου πρεσβύτερος, καὶ αὐτοῦ
« τοῦ παντὸς Χρόνου. Καί σε οἶδα νέμοντα πρω-
« θήβην ἐν ἐκείνῳ τῷ ἕλει τὸ πλατὺ βουκόλιον,
« καὶ παρήμην σοι συρίττοντι πρὸς ταῖς φηγοῖς
« ἐκείναις, ἡνίκα ἤρας Ἀμαρυλλίδος· ἀλλά
« με οὐχ ἑώρας, καίτοι πλησίον μάλα τῇ κόρῃ
« παρεστῶτα. Σοὶ μὲν οὖν ἐκείνην ἔδωκα· καὶ ἤδη
« σοι παῖδες ἀγαθοὶ βουκόλοι καὶ γεωργοί. Νῦν δὲ
« Δάφνιν ποιμαίνω καὶ Χλόην· καὶ ἡνίκα ἂν αὐτοὺς
« εἰς ἓν συνάγω τὸ ἑωθινὸν, εἰς τὸν σὸν ἔρχομαι
« κῆπον, καὶ τέρπομαι τοῖς ἄνθεσι καὶ τοῖς φυ-
« τοῖς, κἀν ταῖς πηγαῖς ταύταις λούομαι. Διὰ
« τοῦτο καλὰ καὶ τὰ ἄνθη καὶ τὰ φυτὰ, τοῖς
« ἐμοῖς λουτροῖς ἀρδόμενα. Ὅρα δὲ μή τί σοι τῶν
« φυτῶν κατακέκλασται, μή τις ὀπώρα τετρύ-

« vide num hoc munus tuæ conveniat ætati : nihil « enim tua tibi proderit ætas, quominùs tu me, « poſtquàm unicum oſculum acceperis, perſequi « incipias. Ego verò non queo capi, ne quidem ſi « accipiter, vel aquila, vel alia his pernicior ales « me inſequatur. Puer non ſum, quamvis videar; « ſed ipſo Saturno & quovis omni tempore anti- « quior. Ac noram te jam, cùm primos pubertátis « annos nondùm egreſſus in illo paluſtri loco latè « diffuſum paſceres armentum ; aderamque tibi « fiſtulâ canenti propè fagos illas, quandò Ama- « ryllida amabas : at me nullus videbas, quam- « vìs puellæ adſtantem propè admodùm. Illam « quidem tibi dedi; & hinc tibi filii egregii bubulci « & agricolæ. Nunc autem Daphnidis & Chloës « tanquam paſtor curam ago : illosque quando « quaſi greges in unum compellere atque conjun- « gere tempore matutino ſoleo, in tuum venio « hortum, meque floribus plantisque oblecto, fon- « tibusque in hisce lavor. Ob hoc flores illi plantæ- « que ſunt venuſtæ, ut potè meis lavacris irrigatæ. « Vide autem num tibi aliqua ſtirps ſit confracta, « num fructus aliquis decerptus, num quæ floſculi « radix conculcata, num quis fons perturbatus ſit; « ac toto lætare pectore, qui ſolus mortalium in « ſenectute hunc puerulum vidiſti.

« Hiſce dictis, tanquàm luſciniæ pullus, myr-
« tos inſiluit, & de ramo in ramum tranſiliens,
« per frondes ereptavit in ſummum cacumen. Vidi
« ipſius tùm alas ex humeris dependulas, tùm ar-
« culos inter alas & humeros jacentes; at deindè
« non vidi illa, neque illum ampliùs. Ac niſi
« fruſtrà hosce produxi canos, atque ſeneſcens
« vaniorem & minùs ſanam mentem nactus fue-
« rim, Amori, ô pueri, conſecrati atque dicati
« eſtis, & Amor veſtrî curam gerit. »

Majorem in modum delectati ſunt, velutì fabulam, non ſermonem verum audientes, quæſiveruntque quidnam tandem eſſet Amor, utrùm puer, an avis, & quidnam poſſet? Iterùm ad hæc Philetas: « Deus eſt, ô pueri, Amor, juvenis,
« formoſus, idemque volaticus. Idcircò & juven-
« tute gaudet, pulchritudinem ſectatur, & animis
« alas addit. Potentia ejus tanta, quanta ne Jovis
« quidem. Imperat elementis, imperat aſtris, in-

« γῆ, μή τις ἄνθος ῥίζα πεπάτηται, μή τις
« πηγὴ τετάρακται. Καὶ χαῖρε μόνος ἀνθρώπων
« ἐν γήρᾳ θεασάμενος τοῦτο τὸ παιδίον.

« Ταῦτα εἰπὼν, ἀνήλατο, καθάπερ ἀηδόνος
« νεοττὸς, ἐπὶ τὰς μυῤῥίνας, καὶ κλάδον ἀμείβων
« ἐκ κλάδου, διὰ τῶν φύλλων ἀνεῖρπεν εἰς
« ἄκρον. Εἶδον αὐτοῦ καὶ πτέρυγας ἐκ τῶν ὤμων,
« καὶ τοξάρια μεταξὺ πτερύγων καὶ τῶν ὤμων, καὶ
« οὐκέτι εἶδον οὔτε ταῦτα, οὔτε αὐτόν. Εἰ δὲ μὴ
« μάτην ταύτας τὰς πολιὰς ἔφυσα, μηδὲ γη-
« ράσας ματαιοτέρας τὰς φρένας ἐκτησάμην,
« Ἔρωτι, ὦ παῖδες, κατέσπεισθε, καὶ Ἔρωτι
« ὑμῶν μέλει. »

Πάνυ ἐτέρφθησαν ὥσπερ μῦθον, οὐ λόγον, ἀκούοντες, καὶ ἐπυνθάνοντο τί ἐστί ποτε ὁ Ἔρως, πότερα παῖς, ἢ ὄρνις, καὶ τί δύναται; Πάλιν οὖν ὁ Φιλητᾶς ἔφη· « Θεὸς ἐστὶν, ὦ παῖδες, ὁ
« Ἔρως, νέος καὶ καλὸς, καὶ πετόμενος. Διὰ
« τοῦτο καὶ νεότητι χαίρει, κάλλος διώκει, καὶ
« τὰς ψυχὰς ἀναπτεροῖ. Δύναται δὲ τοσοῦτον, ὅσον
« οὐδὲ ὁ Ζεύς. Κρατεῖ μὲν στοιχείων, κρατεῖ δὲ

« ἄστρων· κρατεῖ δὲ τῶν ὁμοίων θεῶν· οὐδὲ ὑμεῖς τοσοῦτον τῶν αἰγῶν καὶ τῶν προβάτων. Τὰ ἄνθη πάντα, Ἔρωτος ἔργα· τὰ φυτὰ ταῦτα, τούτου ποιήματα. Διὰ τοῦτον καὶ ποταμοὶ ῥέουσι, καὶ ἄνεμοι πνέουσι. Ἔγνων δὲ ἐγὼ καὶ ταῦρον ἐρασθέντα, καὶ ὡς οἴστρῳ πληγεὶς ἐμυκᾶτο· καὶ τράγον φιλήσαντα αἶγα, καὶ ἠκολούθει πανταχοῦ. Αὐτὸς μὲν γὰρ ἤμην νέος, καὶ ἠράσθην Ἀμαρυλλίδος· καὶ οὔτε τροφῆς ἐμεμνήμην, οὔτε ποτὸν προσεφερόμην, οὔτε ὕπνον ᾑρούμην. Ἤλγουν τὴν ψυχὴν, τὴν καρδίαν ἐπαλλόμην, τὸ σῶμα ἐψυχόμην· ἐβόων ὡς παιόμενος, ἐσιώπων ὡς νεκρούμενος, εἰς ποταμοὺς ἐνέβαινον ὡς καόμενος· ἐκάλουν τὸν Πᾶνα βοηθὸν, ὡς καὶ αὐτὸν τῆς Πίτυος ἐρασθέντα· ἐπῄνουν τὴν Ἠχὼ, τὸ Ἀμαρυλλίδος ὄνομα μετ' ἐμὲ καλοῦσαν· κατέκλων τὰς σύριγγας, ὅτι μοι τὰς μὲν βοῦς ἔθελγον, Ἀμαρυλλίδα δὲ οὐκ ἦγον. Ἔρωτος γὰρ οὐδὲν φάρμακον, οὐ πινόμενον, οὐκ ἐσθιόμενον, οὐκ ἐν ᾠδαῖς λαλούμενον, ὅτι μὴ φίλημα, καὶ περιβολὴ, καὶ συγκατακλιθῆναι γυμνοῖς σώμασι. »

« que Deos ſibi pares imperium obtinet. Neque « vos tantùm imperii in capras ovesque habetis. « Omnes flores Amoris ſunt opera ; iſtæ plantæ ipſius ſunt factura. Per hunc & fluvii fluunt, & « venti ſpirant. Ego vidi taurum amore correptum, « & velutì œſtro percitus mugiebat ; vidi etiam « hircum qui amabat capellam, & illam ubiquè « inſequebatur. Egomet ipſe juvenis fui, & amavi « Amaryllida ; & ne de cibo quidem cogitabam, « nec potum ori admovere, neque ſomnum capere « curabam. Animo dolebam, corde contremiſcebam ; frigore corpus horrebat ; vociferabar non « ſecùs ac ſi vapularem : tacebam velutì emortuus : « fluviis me immergebam quaſi igne flagrarem : « implorabam Panis auxilium, ut potè qui ipſe « quoque Pinûs amore captus fuiſſet : laudabam « Echo quòd Amaryllidis nomen mecum unà ingeminaret : calamos confringebam, quòd boves « quidem mihi demulcerent, non tamen Amaryllida pellicere poſſent. Nulla enim amoris eſt « medicina, nec cibus, nec potus, nec carmen « ullum, præterquàm oſculum, amplexus, & « nudorum corporum concubitus ».

Philetas quidem poſtquàm ipſos tali modo inſtituit, caſeis quibusdam & hœdo jam cornigero ab illis acceptis, diſceſſit. Illi vero ſoli relicti, & tunc primùm audito Amoris nomine, mœſtitiâ velutì contracti ſunt, & noctu caſas repetentes, quæ ipſi in ſe experiebantur cum illis comparabant quæ audiverant. « Dolent amantes: etiam nos do-« lemus. Rerum ſuarum minùs ſatagunt: & nos « quoque eas neglectui habemus. Dormire ne-« queunt: nec nos quoque. Uri videntur: & intrà « nos ignis ardet. Mutuum exoptant aſpectum: « & eam ob cauſam nos citiùs oriri diem cupimus. « Forſan hoc ipſum amor eſt; & imprudentes ac « neſcii mutuo tenemur amore. Enimverò niſi hoc « eſſet amor, & niſi ego eſſem amaſius, cur tan-« dem ſic doleremus, cur alter alterum quærere-« mus? Omnia vera nobis dixit Philetas. Ille ex « horto puellus viſus eſt quoque parentibus noſtris « in illis olim ſomniis, & paſcere nos greges juſſit. « Sed quo pacto quis illum capere poterit? Puſil-« lus eſt, & fugiet. Et quâ quis ratione illum effu-« gerit? Alas habet, & nos aſſequetur. Ad Nym-« phas oportebit patronas confugere? at nihil quid-« quam Pan profuit Philetæ Amaryllida amanti. « Sunt igitur quærenda nobis illa quæ dixit reme-« dia; nempè oſculum, complexus, nudusque

Φιλητᾶς μέντοι ταῦτα παιδεύσας αὐτοὺς, ἀπαλλάττεται, τυρούς τινας παρ' αὐτῶν καὶ ἔριφον ἤδη κεράστην λαβών. Οἱ δὲ μόνοι καταλειφθέντες, καὶ τότε πρῶτον ἀκούσαντες τὸ Ἔρωτος ὄνομα, τάς τε ψυχὰς συνεστάλησαν ὑπὸ λύπης, καὶ ἐπανελθόντες νύκτωρ εἰς τὰς ἐπαύλεις, παρέβαλλον οἷς ἤκουσαν τὰ αὐτῶν. « Ἀλγοῦσιν οἱ ἐρῶντες· καὶ ἡμεῖς. Ἀμελοῦσιν ἴσως· καὶ ἡμεῖς ἠμελήκαμεν. Καθεύδειν οὐ δύνανται· τοῦτο μὲν καὶ νῦν πάσχομεν ἡμεῖς. Κάεσθαι δοκοῦσι· καὶ παρ' ἡμῖν τὸ πῦρ. Ἐπιθυμοῦσιν ἀλλήλους ὁρᾷν· διὰ τοῦτο θᾶττον εὐχόμεθα γενέσθαι τὴν ἡμέραν. Σχεδὸν τοῦτό ἐστιν ὁ ἔρως, καὶ ἐρῶμεν ἀλλήλων οὐκ εἰδότες. Εἰ τοῦτο μέν ἐστιν ὁ ἔρως, ἐγὼ δὲ ὁ ἐρώμενος, τί οὖν ταῦτα ἀλγοῦμεν; Τί δὲ ἀλλήλους ζητοῦμεν; Ἀληθῆ πάντα εἶπεν ὁ Φιλητᾶς. Τὸ ἐκ τοῦ κήπου παιδίον ὤφθη καὶ τοῖς πατράσιν ἡμῶν ὄναρ ἐκεῖνο, καὶ νέμειν ἡμᾶς τὰς ἀγέλας ἐκέλευσε. Πῶς ἄν τις αὐτὸ λάβοι; Μικρόν ἐστι, καὶ φεύξεται. Καὶ πῶς ἄν τις αὐτὸ φύγοι; Πτερὰ ἔχει, καὶ καταλήψεται. Ἐπὶ τὰς Νύμφας δεῖ βοη-

« θεοὺς καταφυγεῖν; Ἀλλ' οὐδὲ Φιλητᾶν ὁ Πὰν ὠφέλησεν Ἀμαρυλλίδος ἐρῶντα. Ὅσα εἶπεν ἄρα φάρμακα, ταῦτα ζητητέα· φίλημα, καὶ περιπλοκὴ, καὶ κεῖσθαι γυμνοὺς χαμαί. Κρύος μὲν, ἀλλὰ καρτερήσομεν δεύτεροι μετὰ Φιλητᾶν. »

Τοῦτο αὐτοῖς γίνεται νυκτερινὸν παιδευτήριον· καὶ ἀγαγόντες τῆς ἐπιούσης ἡμέρας τὰς ἀγέλας εἰς νομὴν, ἐφίλησαν μὲν ἀλλήλους ἰδόντες, ὃ μήπω πρότερον ἐποίησαν, καὶ περιέβαλλον τὰς χεῖρας ἐπαλλάξαντες. Τὸ δὲ τρίτον ὤκνουν φάρμακον, ἀποδυθέντες κατακλιθῆναι· θρασύτερον γὰρ οὐ μόνον παρθένων, ἀλλὰ καὶ νέων αἰπόλων. Πάλιν οὖν ἀγρυπνία ἔχουσα καὶ ἔννοιαν τῶν γεγενημένων, καὶ κατάμεμψιν τῶν παραλελειμμένων. « Καὶ ἐφιλήσαμεν, καὶ οὐδὲν ὄφελος· περιεβάλομεν, καὶ οὐδὲν πλέον σχεδόν. Τὸ οὖν κατακλιθῆναι, μόνον φάρμακον ἔρωτος. Πειρατέον καὶ τούτου· πάντως ἐν αὐτῷ τι κρεῖττόν ἐστι φιλήματος. »

Ἐπὶ τούτοις τοῖς λογισμοῖς, οἷον εἰκὸς, καὶ ὀνείρατα ἑώρων ἐρωτικὰ, τὰ φιλήματα, τὰς περιβολάς· καὶ ὅσα δὲ μεθ' ἡμέραν οὐκ ἔπραξαν,

« humi concubitus. Frigus quidem eſt intenſum ; « cæterùm hoc Philetæ exemplo ſuſtinebimus ».

Hic illis fuit quaſi nocturnus ludus. Imminente verò die, gregibus in paſcua eductis, ut in conſpectum venerunt, mutua dedêre oſcula, &, quod nunquam hactenùs fecerant, manibus alternis amplexus junxêre. Tertium autem illud remedium, ſcilicet exutis veſtibus concumbere, adhibere non audebant ; calidum namque nimis hoc facinus, quàm ut in virgines, vel etiam in juvenes caprarios caderet. Iterùm igitur inſomnes traducebant noctes cum recordatione eorum quæ feciſſent, & querelâ ac deſiderio eorum quæ non feciſſent. « Oſ-« cula mutua dedimus ; ſed nihil profuit. In mu-« tuos amplexus ruimus, nec quidquàm ampliùs « profecimus. Concubitus igitur ſolum erit amoris « remedium. Illud itaquè tentandum : omninò in « eo quidquam inerit oſculo efficacius. »

Illis talia mente agitantibus ſomnia, ut par eſt, amatoria obverſabantur, videlicet oſcula, amplexus ; & quæ per diem non patraverant, hæc

per ſomnum perpetrabant; nudi nempè jacebant. Tanquàm verò numine aliquo vehementiore adflati, die inſequenti ſurrexerunt, & cum impetu ſuos greges egerunt, ad oſcula feſtinantes, ſeſeque invicem conſpicati, riſu cum blando ſibi mutuò occurrerunt. Interceſſerunt igitur oſcula nonnulla, amplexibus inſecutis: cæterùm tertium illud ceſſabat remedium, quòd neque Daphnis illius mentionem facere auderet, neque Chloë ſanè initium dare rei vellet, donec fortè fortunâ & hoc ipſum feciſſent.

Quercûs trunco inſidebant, alter propè alterum; atque guſtatâ, quæ eſt in oſculo, dulcedine, expleri voluptate nequibant, oriebaturque ſimul brachiorum mutua lucta, quæ labellorum compreſſionem arctiorem efficiebat. Intereà dum Daphnis violentiùs inter amplexus illam attraheret, in latus utcumque ſeſe reclinat Chloë, illeque ſuper, ſuavium ſubſequens, inclinatus recumbit. Agnoſcentes igitur ſomniorum hanc ipſam imaginem, longo tempore quaſi inter ſe conſtricti jacuerunt. Cæterùm ignari quæ poſt illa agere deberent, & arbitrati hunc eſſe fruitionis amatoriæ finem, plurimâ diei parte nequidquam ità conſumptâ, rursùs ſunt disjuncti, & greges compulerunt noctem exoſi. Fortaſſe au-

Hisce auditis amens fit Daphnis, & ſedens collachrymare cœpit, mortem oppetere ſe velle, ſi privaretur Chloë, adfirmans, nec ſe ipſum ſolum, ſed & oves, tali paſtore amiſſo. Deindè cùm ſeſe collegiſſet, animum recipiebat, & conſtituebat hoc Chloës perſuadere patri, & inter reliquos procos ſuum profitebatur nomen, ſperabatque fore ut cæteros longè ſuperaret. Id tantùm eum terrebat: Lamon ſcilicet non erat dives; hoc

unum ipſius ſpes tenues efficiebat. Nihilominùs ambire decrevit, cenſuitque ità faciendum Chloë. Porrò Lamoni nihil auſus fuit eloqui : at Myrtalæ, fiduciâ ſumptâ, non ſolùm amorem indicavit, verùm & de nuptiis ſermonem injecit. Hæc cum Lamone noctu rem omnem communicavit. Duriter autem illo hunc ſermonem accipiente, acriterque illam objurgante, quòd paſtorum filiam copulatam vellet puero ingentem fortunam ſuis pollicenti monumentis, qui ipſos, repertis ſuis parentibus, non ſolummodò liberos, ſed etiam agrorum latiorum dominos conſtiturus ſit, Myrtale timens ne Daphnis, deſperatis omninò nuptiis, præ amoris vehementiâ necem ſibi inferret, alias ipſi, cur Lamon contradixiſſet, cauſas renuntiavit. «Pau« peres ſumus, mi fili; quin potiùs opus habemus « quæ conferat aliqua ſponsâ; illi contrà opulenti, « & qui opulentos expetant ſponſos. Nunc per« ſuade Chloæ, illa autem patri ſuo, ne quid « magnum petat, ſed ut omninò connubere vos « ſinat. Illa re amat, & mavult cum paupere for« moſo quàm cum divite ſimio concumbere.»

οὐκ ἦν Λάμων πλούσιος· τοῦτο αὐτοῦ τὴν ἐλπίδα μόνον λεπτὴν εἰργάζετο. Ὅμως δὲ ἐδόκει μνᾶσθαι, καὶ τῇ Χλόῃ συνεδόκει. Τῷ Λάμωνι μὲν οὖν οὐδὲν ἐτόλμησεν εἰπεῖν, τῇ Μυρτάλῃ δὲ θαῤῥήσας καὶ τὸν ἔρωτα ἐμήνυσε, καὶ περὶ τοῦ γάμου λόγους προσήνεγκεν· ἡ δὲ τῷ Λάμωνι νύκτωρ ἐκοινωνήσατο. Σκληρῶς δὲ ἐκείνου τὴν ἔντευξιν ἐνεγκόντος, καὶ λοιδορήσαντος εἰ παιδὶ θυγάτριον ποιμένων προξενεῖ μεγάλην ἐν τοῖς γνωρίσμασιν ἐπαγγελλομένῳ τύχην, ὃς αὐτοὺς, εὑρὼν τοὺς οἰκείους, καὶ ἐλευθέρους θήσει, καὶ δεσπότας ἀγρῶν μειζόνων, ἡ Μυρτάλη διὰ τὸν ἔρωτα φοβουμένη μὴ τελέως ἀπελπίσας ὁ Δάφνις τὸν γάμον, τολμήσει τι θανατῶδες, ἄλλας αὐτῷ τῆς ἀντιῤῥήσεως αἰτίας ἀπήγγελλε. « Πένητές ἐσμεν, ὦ παῖ, καὶ δεόμεθα νύμφης φερούσης τι μᾶλλον· οἱ δὲ πλούσιοι, καὶ πλουσίων νυμφίων δεόμενοι. Ἴθι δὴ, πεῖσον Χλόην, ἡ δὲ τὸν πατέρα, μηδὲν αἰτεῖν μέγα, καὶ γαμεῖν. Πάντως δέ που κἀκείνη φιλεῖ σε, καὶ βούλεται συγκαθεύδειν πένητι καλῷ μᾶλλον ἢ πιθήκῳ πλουσίῳ. »

Digitized by Google

Μυρτάλη μὲν οὔποτε ἐλπίσασα Δρύαντα τούτοις συντεθήσεσθαι, μνηστῆρας ἔχοντα πλουσιωτέρους, εὐπρεπῶς ᾤετο παρῃτῆσθαι τὸν γάμον. Δάφνις δὲ οὐκ εἶχε μέμφεσθαι τὰ λελεγμένα· λειπόμενος δὲ πολὺ τῶν αἰτουμένων, τὸ σύνηθες ἐρασταῖς πενομένοις ἔπραττεν· ἐδάκρυε, καὶ τὰς Νύμφας αὖθις ἐκάλει βοηθούς. Αἱ δὲ αὐτῷ καθεύδοντι νύκτωρ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐφίστανται σχήμασιν, ἐν οἷς καὶ πρότερον. Ἔλεγε δὲ ἡ πρεσβυτάτη πάλιν· « Γάμου μὲν μέλει τῆς Χλόης ἄλλῳ θεῷ· « δῶρα δέ σοι δώσομεν ἡμεῖς, ἃ θέλξει Δρύαντα. « Ἡ ναῦς, ἡ τῶν Μηθυμναίων νεανίσκων, ἧς τὴν « λύγον αἱ σαί ποτε αἶγες κατέφαγον, ἡμέρᾳ « μὲν ἐκείνῃ μακρὰν τῆς γῆς ὑπηνέχθη πνεύματι· « νυκτὸς δὲ, πελαγίου ταράξαντος ἀνέμου τὴν θάλατταν, εἰς τὴν γῆν, εἰς τὰς ἄκρας πέτρας « ἐξεβράσθη. Αὐτὴ μὲν οὖν διεφθάρη, καὶ πολλὰ « τῶν ἐν αὐτῇ· βαλάντιον δὲ τρισχιλίων δραχμῶν « ὑπὸ τοῦ κύματος ἀπεπτύσθη, καὶ κεῖται φυκίοις « κεκαλυμμένον πλησίον δελφῖνος νεκροῦ, δι' ὃν « οὐδεὶς οὐδὲ προσῆλθεν ὁδοιπόρος, τὸ δυσῶδες

Myrtale nunquàm ſperans fore ut Dryas hisce conſenſum adhiberet, utpote qui longè divitiores haberet procos, ſpecioſas ſatis recuſationis nuptiarum cauſas ſeſe allegaſſe exiſtimabat. Daphnis autem dicta redarguere nequibat; at cùm longè ab iis abeſſet quæ expectaret, quod ſolemne eſt amatoribus egeſtate laborantibus, id agebat: plorabat, & Nympharum iterùm implorabat auxilium. Eæ autem ipſi, quum dormitaret, noctis tempore ſuperveniunt, illâ ipsâ formâ & habitu quo priùs. Atque rursùs natu maxima verba faciebat: « De nuptiis quidem Chloës alius Deus « curam ſuſcepit; nos autem ea tibi dabimus mu- « nera quæ Dryanta demulcebunt. Navis illa, quæ « Methymnæorum juvenum erat, cujus vimi- « neum funem tuæ quondam capellæ corroſerunt, « eodem illo die longè à terrâ in altum provecta « fuit; nocte verò, vento ex alto ſpirante mare- « que turbante, ad terram in arduas cautes eſt « ejecta. Ipſamet igitur periit, multaque quæ in « eâ erant, conjecta; at marſupium ter mille « drachmis plenum, à fluctu excuſſum ejectum- « que, jacet algâ coopertum propè delphinem « mortuum, propter quem nullus viator acceſſit, « putredinis hujus fœtorem præteriens. Sed tu ac- « currito, quumque acceſſeris, tollito, & poſt-

« quàm ſuſtuleris, dato. Sat tibi nunc eſt non « pauperem videri; tempore verò tandem eris & « dives. »

Hisce dictis illæ ſimul cum nocte abierunt. Orto autem die proſiliens è lecto Daphnis plenus gaudii, magno cum impetu paſtum agebat greges, atque oſculatus Chloën, adoratisque Nymphis, ad mare aſcendit quaſi ſe abluturus. Ibi tùm in ſabulo, propè littus quò fluctus allidebantur, inambulabat, illa terna drachmarum millia quærens. Atqui haud multus labor ipſi impendendus erat: quippè delphin malè olens, ibi projectus & putreſcens, naribus ejus incurrit, cujus putredinem quaſi viæ ducem nactus, confeſtim adeſt, & fuco marino remoto, plenam argenti crumenam invenit. Suſtulit hanc, & in peram ſuam condidit, nec tamen priùs abiit quàm bona verba dixiſſet Nymphis, & ipſi mari. Tametsi enim caprarius eſſet, jam tamen mare terrâ jucundius cenſebat, utpote quod in nuptiis Chloës conciliandis ſibi opem tuliſſet.

« τῆς σηπεδόνος παρατρέχων. Ἀλλὰ σὺ προσελθε, καὶ προσελθὼν ἀνελοῦ, καὶ ἀνελόμενος, δός. Ἱκανόν σοι δόξαι νῦν μὴ πένητι· χρόνῳ δὲ ὕστερον ἔσῃ καὶ πλούσιος. »

Αἱ μὲν ταῦτα εἰποῦσαι, τῇ νυκτὶ συναπῆλθον. Γενομένης δὲ ἡμέρας ἀναπηδήσας ὁ Δάφνις περιχαρὴς, ἤλαυνε ῥοίζῳ πολλῷ τὰς αἶγας εἰς τὴν νομήν· καὶ τὴν Χλόην φιλήσας, καὶ τὰς Νύμφας προσκυνήσας, κατῆλθεν ἐπὶ θάλατταν, ὡς περιῤῥάνασθαι θέλων· καὶ ἐπὶ τῆς ψάμμου, πλησίον τῆς κυματωγῆς, ἐβάδιζε ζητῶν τὰς τρισχιλίας. Ἔμελλε δὲ ἄρα οὐ πολὺν κάματον ἕξειν· ὁ γὰρ δελφὶς οὐκ ἀγαθὸν ὀδωδὼς, αὐτῷ προσέπιπτεν ἐῤῥιμμένος καὶ μυδῶν· οὗ τῇ σηπεδόνι καθάπερ ἡγεμόνι χρώμενος ὁδοῦ, προσῆλθέ τε εὐθὺς, καὶ τὰ φυκία ἀφελὼν, εὑρίσκει τὸ βαλάντιον ἀργυρίου μεστόν. Τοῦτο ἀνελόμενος, καὶ εἰς τὴν πήραν ἐνθέμενος, οὐ πρόσθεν ἀπῆλθε, πρὶν τὰς Νύμφας εὐφημῆσαι καὶ αὐτὴν τὴν θάλατταν· καίπερ γὰρ αἰπόλος ὢν, ἤδη καὶ τὴν θάλατταν ἐνόμιζε τῆς γῆς γλυκυτέραν, ὡς εἰς τὸν

γάμον αὐτῷ τὸν Χλόης συλλαμβάνουσαν.

Εἰλημμένος δὲ τῶν τρισχιλίων, οὐκέτ' ἔμελλεν· ἀλλ', ὡς πάντων ἀνθρώπων πλουσιώτατος, οὐ μόνον τῶν ἐκεῖ γεωργῶν, αὐτίκα ἐλθὼν παρὰ τὴν Χλόην, διηγεῖται τὸ ὄναρ, δείκνυσι τὸ βαλάντιον, κελεύει τὰς ἀγέλας φυλάττειν ἔστ' ἂν ἐπανέλθῃ, καὶ συντείνας, σοβεῖ παρὰ τὸν Δρύαντα· καὶ εὑρὼν πυρούς τινας ἀλωνοτριβοῦντα μετὰ τῆς Νάπης, πάνυ θρασὺν ἐμβάλλει λόγον περὶ γάμου· «Ἐμοὶ δὸς Χλόην γυναῖκα· ἐγὼ καὶ συρίζειν οἶδα καλῶς, καὶ κλᾶν ἄμπελον, καὶ φυτὰ κατορύττειν. Οἶδα καὶ γῆν ἀροῦν, καὶ λικμῆσαι πρὸς ἄνεμον. Ἀγέλην δὲ ὅπως νέμω, μάρτυς Χλόη· πεντήκοντα αἶγας παραλαβὼν, διπλασίονας πεποίηκα· ἔθρεψα καὶ τράγους μεγάλους καὶ καλοὺς, πρότερον δὲ ἀλλοτρίοις τὰς αἶγας ὑπεβαλλόμεθα. Ἀλλὰ καὶ νέος εἰμὶ, καὶ γείτων ὑμῖν ἄμεμπτος· καί με ἔθρεψεν αἴξ, ὡς Χλόην οἶς. Τοσοῦτον δὲ τῶν ἄλλων κρατῶν, οὐδὲ δώροις ἡττηθήσομαι. Ἐκεῖνοι δώσουσιν αἶγας καὶ πρόβατα, καὶ ζεῦγος ψωραλέων βοῶν, καὶ

Nactus autem tria illa millia drachmarum, nihil ampliùs morabatur; ac veluti non modò agricolarum illic degentium, ſed etiam omnium mortalium ditiſſimus, ſtatim ad Chloën venit, eique ſomnium enarrat; jubet illam gregem tantisper cuſtodire donec ipſe redeat, citatoque gradu ad Dryanta fertur animosè, eumque inveniens frumenta quædam in areâ unâ cum Nape triturantem, magnâ cum fiduciâ talem de matrimonio infert ſermonem: « Chloën mihi in uxorem tra- « dito. Ego novi canere egregiè fiſtulâ, putare vi- « tem, & ſtirpem in terram infodere. Novi etiam « arare terram, & frumentum ad ventum vanno « excutere. Quomodò verò gregem paſcam, teſtis « eſt Chloë: quinquaginta capras acceptas dupli- « cavi; educavi etiam ingentes atque formoſos « hircos, cùm anteà alienis meas ſubmitterem ca- « pras. Denique ſum juvenis & vicinus veſter in- « culpatæ vitæ. Quin me capra educavit, ſicuti « Chloën ovis. Quùm autem tanto alios inter- « vallo poſt me relinquam, neque in donis illis « quidquam conceſſerim. Dabunt illi capras oves- « que, & par boum ſcabioſorum, necnon fru- « mentum ne gallinis quidem cibandis idoneum. « A me verò tria hæcce drachmarum millia habe-

« bitis. Tantùm hoc nemo reſciſcat, ne ipſe qui-
« dem Lamon meus parens ». Simulque porrigebat, atque Dryanta complexus osculabatur.

Illi ex inſperato tantâ vi argenti conſpectâ, è veſtigio Chloën huic uxorem ſpondebant, idemque ſe Lamoni perſuaſuros pollicebantur. Nape autem cum Daphnide ibidem manens, boves circumagebat, & tribulis ſpicas comminuebat. Dryas hîc recondito marſupio ubi monumenta repoſita habebat, citato gradu ad Lamona Myrtalenque ferebatur, ab iis, quod novum inſolitumque, ſponſum petiturus. Quos cùm offendiſſet hordea metientes modò ventilata, animosque despondentes, quod fermè pauciora eſſent quàm quæ terræ mandaſſent ſemina, de illis eos conſolari adgreſſus eſt, ubique locorum communem hanc eſſe querelam profeſſus; & petebat Chloæ Daphnim, dicens: « Licet alii non pauca darent, ſe nihil
« quidquam à Lamone Myrtalâque accepturum,
« immò potiùs de ſuis bonis inſuper largiturum;
« ſimul namque eos educatos & inter paſcendum
« eâ conjunctos amicitiâ quæ facilè divelli nequeat:
« jam verò etiam eos eâ eſſe ætate quâ mutui con-
« ſortes tori eſſe poſſent ». Dryas quidem hæc &

« σῖτον μηδὲ ἀλεκτορίδας θρέψαι δυνάμενον· « παρ' ἐμοῦ δὲ αἶγες ὑμῖν δισχίλιαι. Μόνον ἴστω « τοῦτο μηδεὶς, μὴ Λάμων αὐτὸς οὑμὸς πατήρ ». Ἅμα τε ἐδίδου, καὶ περιβαλὼν κατεφίλει.

Οἱ δὲ παρ' ἐλπίδα ἰδόντες τοσοῦτον ἀργύριον, αὐτίκα τε δώσειν ἐπηγγέλλοντο τὴν Χλόην, καὶ πείσειν ὑπισχνοῦντο Λάμωνα. Ἡ μὲν οὖν Νάπη μετὰ τοῦ Δάφνιδος αὐτοῦ μένουσα, περιήλαυνε τοὺς βοῦς, καὶ τοῖς τριβόλοις κατειργάσατο τὸν στάχυν· ὁ δὲ Δρύας θησαυρίσας τὸ βαλάντιον ἔνθα ἀπέκειτο τὰ γνωρίσματα, ταχὺς παρὰ τὸν Λάμωνα καὶ τὴν Μυρτάλην ἐφέρετο, μέλλων παρ' αὐτῶν, τὸ καινότατον, μνᾶσθαι νυμφίον. Εὑρὼν δὲ κἀκείνους κριθία μετροῦντας οὐ πρὸ πολλοῦ λελικμημένα, ἀθύμως τε ἔχοντας ὅτι, μικροῦ δεῖν, ὀλιγώτερα ἦν τῶν καταβληθέντων σπερμάτων, ἐπ' ἐκείνοις μὲν παρεμυθήσατο, κοινὴν ὁμολογήσας αἰτίαν πανταχοῦ γεγονέναι· τὸν δὲ Δάφνιν ἠτεῖτο Χλόῃ, καὶ ἔλεγεν ὅτι, « πολλὰ ἄλλων διδόντων, « οὐδὲν παρ' αὐτῶν λήψεται, μᾶλλον δέ τοι οἴκοθεν « αὐτοῖς ἐπιδώσει· συντετράφθαι γὰρ ἀλλή-

« λοις, κἂν τῷ νέμειν συνῆφθαι φιλίᾳ ῥᾳδίως λυθῆναι μὴ δυναμένη· ἤδη δὲ καὶ ἡλικίαν ἔχειν ὡς καθεύδειν καὶ μετ' ἀλλήλων ». Ὁ μὲν ταῦτα, καὶ ἔτι πλείω ἔλεγεν, οἷα τοῦ πεῖσαι ἆθλον ἔχων τὰς δισχιλίας· ὁ δὲ Λάμων ἔτι μήτε πενίαν προβάλλεσθαι δυνάμενος, (αὐτοὶ γὰρ οὐχ ὑπερηφάνουν) μήτε ἡλικίαν Δάφνιδος, (ἤδη γὰρ μειράκιον ἦν) τὸ μὲν ἀληθὲς οὐδ' ὡς ἐξηγόρευσεν, ὅτι κρείττων ἐστὶ τοιούτου γάμου· χρόνον δὲ σιωπήσας ὀλίγον, οὕτως ἀπεκρίνατο·

« Δίκαια ποιεῖτε τοὺς γείτονας προτιμῶντες τῶν ξένων, καὶ πενίας ἀγαθῆς πλοῦτον μὴ νομίζοντες κρείττονα. Ὁ Πὰν ὑμᾶς ἀντὶ τῶνδε καὶ αἱ Νύμφαι φιλήσειαν. Ἐγὼ δὲ σπεύδω μὲν καὶ αὐτὸς τὸν γάμον· καὶ γὰρ ἂν μαινοίμην, ἡμίγερων τε ὢν ἤδη, καὶ χειρὸς εἰς τὰ ἔργα δεόμενος περιττοτέρας, ὡς μὴ καὶ τὸν ὑμέτερον οἶκον φίλον προσλαβεῖν. Ἀγαθόν τι μέγα· περισπούδαστος δὲ καὶ Χλόη, καλὴ καὶ ὡραία κόρη, καὶ πάντα ἀγαθή· δοῦλος δὲ ὤν, οὐδενός εἰμι τῶν ἐμῶν κύριος· ἀλλὰ δεῖ τὸν δεσπότην

alia plura dicebat, quippè qui perſuadendi præmium domi ter mille drachmas haberet. Lamon verò haud quaquam ampliùs paupertatem ſuam obtendere poterat (illi namque non faſtidiebant), neque Daphnidis ætatem, (jam enim erat adoleſcens); quod tamen erat verum, ne ſic quidem eloqui voluit, ſcilicet Daphnim talibus nuptiis longè ſuperiorem eſſe; ſed cùm aliquandiù conticuiſſet, ità reſpondit:

« Æquum facitis qui vicinos peregrinis præfer« tis, & pauperie honeſtâ non potiores æſtimatis « divitias. Pan & Nymphæ pro iis vos ſuo amore « dignentur. Egomet ipſe ad nuptias maturandas « pronus ſum; utique namque inſanirem, qui « ſemiſenex jam ſum, & manibus ad opera quoti« diana indigeo pluribus, niſi & veſtræ familiæ « amicitiam mihi adjungerem. Magnum quiddam « hoc bonum, magnoque quæ affectetur ſtudio « digna Chloë, honeſta atque formoſa puella, « omninò in omnibus rebus optima: verùm ſer« vus cùm ſim, nullius meorum ſum dominus; « ſed neceſſe eſt ut dominus meus, certior fac« tus, hæc permittat. Age igitur, nuptias in autum-

« num differamus ; tunc meum dominum adven-
« turum aiunt qui ex urbe ad nos venerunt. Erunt
« tunc maritus & uxor ; nunc fraterno ſeſe invi-
« cem proſequantur amore. Tantùm, ô Drya, hoc
« unum ſcito : affectas & ambis juvenem longè
« nobis potiorem ». His dictis Lamon oſculum Dryanti dedit, potumque porrexit, quùm jam tùm ſol meridianus incaleſceret ; eumque ad aliquid loci deduxit, omni humanitatis officio proſecutus.

Dryas non oſcitanter poſtremo hoc Lamonis ſermone audito, inter ambulandum ſecum cogitare cœpit quiſnam tandem hic eſſet Daphnis. « Enutri-
« tus quidem à caprâ fuit, tanquam non ſine curâ
« numinum ; eſt facie decorâ, nullâque ex parte
« ſimilis ſimo ſeni, & mulieri glabræ. Habuit præ-
« tereà tria millia drachmarum, quantam ne piro-
« rum quidem vim credibile eſt caprarium habere.
« Ecquid & hunc aliquis expoſuit, ſicuti Chloën ?
« Ecquid & hunc invenit Lamon pari fortunâ atque
« ego illam ? Ecquid & monumenta adjecta fuerunt
« ſimilia iis quæ à me ſunt inventa ? Quod ſi hæc
« ità ſe habeant, domine Pan, caræque Nymphæ,

« μανθάνοντα ταῦτα συγχωρεῖν. Φέρε οὖν, ἀναβαλλώμεθα τὸν γάμον εἰς τὸ μετόπωρον. Ἀφίξεσθαι τότε λέγουσιν αὐτὸν οἱ παραγινόμενοι πρὸς ἡμᾶς ἐξ ἄστεος. Τότε ἔσονται ἀνὴρ καὶ γυνή· νῦν δὲ φιλείτωσαν ἀλλήλους ἀδελφοί. Ἴσθι μόνον, ὦ Δρύα, τοσοῦτον· σπεύδεις περὶ μειράκιον κρεῖττον ἡμῶν ». Ὁ μὲν ταῦτα εἰπὼν, ἐφίλησέ τε αὐτὸν, καὶ ὤρεξε ποτὸν, ἤδη μεσημβρίας ἀκμαζούσης, καὶ προύπεμψε μέχρι τινὸς, φιλοφρονούμενος πάντα.

Ὁ δὲ Δρύας οὐ παρέργως ἀκούσας τὸν ὕστερον λόγον τοῦ Λάμωνος, ἐφρόντιζε βαδίζων καθ' αὐτὸν ὅστις ὁ Δάφνις. « Ἐτράφη μὲν ὑπὸ αἰγὸς, ὡς κηδομένων θεῶν· ἔστι δὲ καλὸς καὶ οὐδὲν ἐοικὼς σιμῷ γέροντι καὶ μαδώσῃ γυναικί. Εὐπόρησε δὲ καὶ τρισχιλίων, ὅσον οὐδὲ ἀχράδων εἰκὸς ἔχειν αἰπόλον. Ἆρα καὶ τοῦτον ἐξέθηκέ τις ὡς Χλόην; Ἆρα καὶ τοῦτον εὗρε Λάμων, ὡς ἐκείνην ἐγώ; Ἆρα καὶ γνωρίσματα ὅμοια παρέκειτο τοῖς εὑρεθεῖσιν ὑπ' ἐμοῦ; Ἐὰν ταῦτα οὕτως, ὦ δέσποτα Πὰν καὶ Νύμφαι φίλαι,

« τάχα ὄντως, τοὺς ἰδίους εὑρὼν, εὑρήσει τι καὶ τῶν « Χλόης ἀπορρήτων ». Τοιαῦτα μὲν πρὸς αὐτὸν ἐφρόντιζε καὶ ὠνειροπόλει μέχρι τῆς ἅλω· ἐλθὼν δὲ ἐκεῖ, καὶ τὸν Δάφνιν μετέωρον πρὸς τὴν ἀκοὴν καταλαβὼν, ἀνέῤῥωσέ τε γαμβρὸν προσαγορεύσας, καὶ τῷ μετοπώρῳ τοὺς γάμους θήσειν ἐπαγγέλλεται, δεξιάν τε ἔδωκεν, ὡς οὐδενὸς ἐσομένης, ὅτι μὴ Δάφνιδος, Χλόης.

Θᾶττον οὖν νοήματος, μηδὲν πιὼν, μηδὲ φαγὼν, παρὰ τὴν Χλόην κατέδραμε· καὶ εὑρὼν αὐτὴν ἀμέλγουσαν καὶ τυροποιοῦσαν, τόν τε γάμον εὐηγγελίζετο, καὶ ὡς γυναῖκα λοιπὸν μὴ λανθάνων κατεφίλει, καὶ ἐκοινώνει τοῦ πόνου. Ἤμελγε μὲν εἰς γαυλοὺς τὸ γάλα, ἐνεπήγνυ δὲ ταρσοῖς τοὺς τυρούς· προσέβαλλε ταῖς μητράσιν ἄρνας καὶ τοὺς ἐρίφους. Καλῶς δὲ ἐχόντων τούτων, ἀπελούσαντο, ἐνέφαγον, ἔπιον, περιῄεσαν ζητοῦντες ὀπώραν ἀκμάζουσαν. Ἦν δὲ ἀφθονία πολλὴ διὰ τὸ τῆς ὥρας πάμφορον· πολλαὶ μὲν ἀχράδες, πολλαὶ δὲ ὄχναι, πολλὰ δὲ μῆλα· τὰ μὲν ἤδη πεπτωκότα κάτω, τὰ δὲ ἔτι ἐπὶ τῶν φυτῶν· τὰ

Digitized by Google

« hicce ſuis inventis propinquis, forſan & de « Chloës aliquid reperiet ſecretis ». Talia quidem animo volvebat ſuo, ſomniabatque uſque dum veniret in aream; quò progreſſus, Daphnim arrectis auribus ſuſpenſum deprehendit, confirmavitque, gener ſalve, dicens, & autumno nuptias ſe facturum promiſit, dexteramque dedit in fidem quod nullius, præterquam Daphnidis, conjux Chloë esset futura.

Cogitatione itaque celeriùs, ne quidem potu vel cibo deguſtato, ad Chloën accurrit; quam cùm offendiſſet mulgentem caſeolosque prementem, lætum hoc de matrimonio apportat nuncium, atque deinceps illam non furtìm, ſed ut uxorem deoſculatur, inque communionem laboris veniebat. Mulgebat lac in mulctralia, conspiſſatos indebat cratibus caſeos, admovebat matribus agnos & hædos. Poſtquàm hæc benè fuerunt curata; aquâ ſe abluerunt, cibum & potum ſumpſerunt, circumvagati ſunt quæſitum fructus maturos. Horum quidem ſuppetebat magna copia, quia omnium ferax hæc anni tempeſtas erat. Multa pira erant ſylveſtria, multa hortenſia: multa mala, quorum alia humi deciderant, alia adhùc arboribus adhærebant. Sed quæ humi jacebant, fragrantiora; quæ de ramis pendebant, venuſtiora erant:

illa ceu vinum fragrabant; hæc ceu aurum fulgebant. Una malus ſtabat, cujus jam omnia poma erant ablecta, quæ neque fructum neque frondes haberet, cujuſque omnes rami nudati eſſent: ſed malum unicum in ipſo vertice ſupremum hærebat, magnum ac pulchrum, quodque multorum aliorum fragrantiam ſolum vinceret. Scilicet qui reliqua decerpſerat, eò aſcendere metuerat, ideòque iſtud indè avellere neglexerat. Fortè verò & eximium illud pomum amanti paſtori ſervabatur.

Hoc malum ut conſpexit Daphnis, enixus decerpere geſtiebat, atque Chloën impedientem neglectui habuit. Hæc neglecta, citato gradu ad greges abiit. Cæterùm Daphnis, poſtquàm aſcendiſſet, eò pervenit ut decerperet, donumque Chloæ afferret, & talia verba iratæ dixit: « Mea virgo, hoc « pomum quod vides, anni ætates pulchræ pepere« runt, hoc arbor egregia enutrivit, ſol ad maturi« tatem perduxit, & conſervavit fortuna. Quod non « potui, cùm oculos habeam, relinquere, ne ſi humi « deflueret, vel pecus illud inter paſcendum pedibus « conculcaret, vel ſerpens dum prorepit, venenaret, « vel tempus illud abſumeret projectum, ac ſolum« modò oculis & laudibus uſurpatum. Hoc Venus in « certamine ſuæ formæ præmium tulit; hoc idem

ἐπὶ τῆς γῆς, εὐωδέστερα· τὰ ἐπὶ τῶν κλάδων, εὐανθέστερα· τὰ μὲν, οἷον οἶνος ἀπῶζε· τὰ δὲ, οἷον χρυσὸς ἀπέλαμπε. Μία μηλέα τετρύγητο, καὶ οὔτε καρπὸν εἶχεν, οὔτε φύλλον. Γυμνοὶ πάντες ἦσαν οἱ κλάδοι, καὶ ἓν μῆλον ἐπέθετο ἐν αὐτοῖς ἄκροις ἀκρότατον, μέγα καὶ καλὸν, καὶ τῶν πολλῶν τὴν εὐωδίαν ἐνίκα μόνον. Ἔδεισεν ὁ τρυγῶν ἀνελθεῖν, ἠμέλησε καθελεῖν· τάχα δὲ καὶ ἐφύλαττε τὸ καλὸν μῆλον ἐρωτικῷ ποιμένι.

Τοῦτο τὸ μῆλον ὡς εἶδεν ὁ Δάφνις, ὥρμα τρυγᾶν ἀνελθὼν, καὶ Χλόης κωλυούσης ἠμέλησεν. Ἡ μὲν ἀμεληθεῖσα, ὁρμηθεῖσα πρὸς τὰς ἀγέλας ἀπῆλθε· Δάφνις δὲ ἀναδραμὼν, ἐξίκετο τρυγῆσαι, καὶ κομίσαι δῶρον Χλόῃ, καὶ λόγον τοιόνδε εἶπεν ὠργισμένῃ· « Ὦ παρθένε, « τοῦτο τὸ μῆλον ἔφυσαν Ὧραι καλαὶ, καὶ φυτὸν « καλὸν ἔθρεψε, πεπαίνοντος ἡλίου, καὶ ἐτήρησεν « ἡ Τύχη· καὶ οὐκ ἔμελλον αὐτὸ καταλιπεῖν « ὀφθαλμοὺς ἔχων, ἵνα πέσῃ χαμαὶ, καὶ ἢ ποίμ« νιον αὐτὸ πατήσῃ νεμόμενον, ἢ ἑρπετὸν φαρ« μάξῃ συρόμενον, ἢ χρόνος δαπανήσῃ κείμε-

Digitized by Google

« νον, βλεπόμενον, ἐπαινούμενον. Τοῦτο Ἀφροδίτη κάλλους ἔλαβεν ἆθλον· τοῦτο ἐγὼ σοὶ δίδωμι νικητήριον. Ὁμοίως ἔχομεν τοὺς σοὺς μάρτυρας· ἐκεῖνος ἦν ποιμὴν, αἰπόλος ἐγώ. » Ταῦτα εἰπὼν, ἐντίθησι τοῖς κόλποις· ἡ δὲ ἐγγὺς γενόμενον κατεφίλησεν· ὥστε ὁ Δάφνις οὐ μετέγνω τολμήσας ἀνελθεῖν εἰς τοσοῦτον ὕψος· ἔλαβε γὰρ κρεῖττον τοῦ χρυσοῦ μήλου φίλημα.

« ego tibi do palmarium. Ejusdem conditionis ac « Venus tu teſtes habes. Paris erat opilio; capra- « rius ego. » Hisce dictis hoc malum illius gremio impoſuit; at illa propiùs accedentem oſculata eſt : ita ut Daphnim non pœniteret audaciæ, quâ prorepſerat in tantam altitudinem; namque oſculum vel aureo malo pretioſius accepit.

LIBER QUARTUS.

Adveniens autem ex Mitylenarum urbe quidam Lamonis conſervus, herum paulò antè vindemiam venturum nunciavit, cogniturum num quod damnum ſuis agris intuliſſet appulsus ille Methymnæorum. Æſtate igitur jam abeunte, & autumno adventante, Lamon ſedulò allaborare cœpit, quò domino ſuo talis manſio præpararetur, in quâ nihil quod oculis non eſſet gratum, occurreret. Fontes emundabat, ut illimes undâ clarâ pellucerent; fimum ex caulâ egerebat, ne ſuo fœtore ullam crearet moleſtiam; hortum ſummâ curâ excolebat, ut omni amœnitate rideret.

Hic autem hortus profectò res erat valdè pulcherrima, & in morem regalium hortorum. Excurrebat ad ſtadii magnitudinem; ſitus erat in loco celſo, latitudine complectens quaterna jugera; ut quis jure ipſum campo per planum porrecto aſſimilaſſet. Ferebat porrò omnigenas arbores, malos, myrtos, piros, malos punicas, ficus, oleas; & alibi proceram vitem, quæ fœta nigreſcente uvâ, malis & piris incumbebat, perindè ac ſi de fructu cum illis contenderet. Atque hæ quidem

Digitized by Google

ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

Ἧκων δέ τις ἐκ τῆς Μιτυλήνης ὁμόδουλος τοῦ Λάμωνος, ἤγγειλεν ὅτι ὀλίγον πρὸ τοῦ τρυγητοῦ ὁ δεσπότης ἀφίξεται, μαθησόμενος μή τι τοὺς ἀγροὺς ὁ τῶν Μηθυμναίων εἴσπλους ἐλυμήνατο. Ἤδη οὖν τοῦ θέρους ἀπιόντος, καὶ τοῦ μετοπώρου προσιόντος, παρεσκεύαζεν αὐτῷ τὴν καταγωγὴν ὁ Λάμων εἰς πᾶσαν θέας ἡδονήν. Πηγὰς ἐξεκάθαιρεν, ὡς ὕδωρ καθαρὸν ἔχοιεν· τὴν κόπρον ἐξεφόρει τῆς αὐλῆς, ὡς ἀπόζουσα μὴ διοχλοίη· τὸν παράδεισον ἐθεράπευεν, ὡς ὀφθείη καλός.

Ἦν δὲ ὁ παράδεισος πάγκαλόν τι χρῆμα, καὶ κατὰ τοὺς βασιλικούς. Ἐκτέτατο μὲν εἰς σταδίου μῆκος, ἐπέκειτο δὲ ἐν χώρῳ μετεώρῳ, τὸ εὖρος ἔχων πλέθρων τεττάρων. Εἴκασεν ἄν τις αὐτὸν πεδίῳ μακρῷ. Εἶχε δὲ πάντα δένδρα, μηλέας, μυρρίνας, ὄχνας, καὶ ῥοιάς, καὶ συκῆν, καὶ ἐλαίας· ἑτέρωθι ἄμπελον ὑψηλήν· καὶ ἐπέκειτο ταῖς μηλέαις καὶ ταῖς ὄχναις, περκάζουσα, καθάπερ περὶ τοῦ καρποῦ αὐταῖς προσερίζουσα. Τοσαῦτα ἥμερα.

Ἦσαν δὲ καὶ κυπάριττοι, καὶ δάφναι, καὶ πλάτανοι, καὶ πίτυς. Ταύταις πάσαις ἀντὶ τῆς ἀμπέλου κιττὸς ἐπέκειτο· καὶ ὁ κόρυμβος αὐτοῦ μέγας ὢν καὶ μελαινόμενος, βότρυν ἐμιμεῖτο. Ἔνδον ἦν τὰ καρποφόρα φυτὰ, καθάπερ φρουρούμενα· ἔξωθεν περιειστήκει τὰ ἄκαρπα, καθάπερ θριγγὸς χειροποίητος· καὶ ταῦτα μέντοι λεπτῆς αἱμασιᾶς περιέθει περίβολος. Τέτμητο καὶ διεκέκριτο πάντα, καὶ στέλεχος στελέχους ἀφειστήκει. Ἐν μετεώρῳ δὲ οἱ κλάδοι συνέπιπτον ἀλλήλοις, καὶ ἐπήλλαττον τὰς κόμας· ἐδόκει μέντοι καὶ ἡ τούτων φύσις εἶναι τέχνης. Ἦσαν καὶ ἀνθῶν πρασιαὶ, ὧν τὰ μὲν ἔφερεν ἡ γῆ, τὰ δὲ ἐποίει τέχνη· ῥοδωνιὰ, καὶ ὑάκινθοι, καὶ κρίνα, χειρὸς ἔργα· ἰωνιὰς, καὶ ναρκίσσους, καὶ ἀναγαλλίδας ἔφερεν ἡ γῆ. Σκιά τε ἦν θέρους, καὶ ἦρος ἄνθη, καὶ μετοπώρου τρύγη, καὶ κατὰ πᾶσαν ὥραν ὀπώρα.

Ἐντεῦθεν εὔοπτον μὲν ἦν τὸ πεδίον, καὶ ἦν ὁρᾶν τοὺς νέμοντας· εὔοπτος δὲ ἡ θάλαττα, καὶ ἑωρῶντο οἱ παραπλέοντες· ὥστε καὶ ταῦτα μέρος ἐγίνετο τῆς ἐν παραδείσῳ τρυφῆς. Ἵνα τοῦ παρα-

erant ſativæ arbores. Nec minùs ibi cypariſſi, lauri, platani, & pini creſcebant; quibus omnibus loco vitis imminebat hedera, cujus corymbus ingens & nigreſcens uvam æmulabatur. Intùs quaſi præſidio aliquo munitæ fructiferæ ſtirpes continebantur; quas foris ſteriles circumvallabant, haud ſecùs ac ſepimentum humano artificio fabrefactum. Porrò ſeptum è tenui maceriâ factum hæc omnia ambiebat. Secto limite erant digeſta & diſcreta omnia, truncique à truncis abjungebantur. In ſublimi invicem rami coibant & frondes conſociabant. Putaſſet utique quis hæc, quæ naturâ ſanè ita ſe habebant, etiam ab arte profecta. Erant & florum areolæ, quorum alios producebat terra, alios induſtria humana. Roſæ nempè, hyacinthi, & lilia, manu ſata atque culta; violas, narciſſos & anagallidas ſpontè ſubmittebat humus. Æſtate ibi umbra, vere florum amœnitas, autumno vindemiarum deliciæ, & quâvis anni tempeſtate fructus.

Ab hoc loco campus deſpici poterat, eratque videre paſcentes: deſpici poterat & mare, conſpiciebanturque qui navibus præterveherentur; adeò ut & hoc horti deliciis meritò accenſeri poſſet. In ipſo verò horti meditullio, quâ æquè in lon-

gitudinem ac latitudinem extendebatur, delubrum Baccho, & ara erant poſita: aram hedera, delubrum palmites cingebant. Erant etiam in interiori delubri parte picturæ Bacchi res geſtas ob oculos ponentes, videlicet parientem Semelen, Ariadnen ſomno ſopitam, Lycurgum vinculis conſtrictum, Penthea diſcerptum exhibentes. Hîc victi ſtabant Indi, atque transformati Tyrrheni. Ubique Satyri, ubique Bacchæ choreas ducentes. Neque omiſſus Pan, qui in petrâ, ſuâ canens fiſtulâ, ſedebat ſimilis accinenti commune carmen tàm calcantibus viris quàm feminis tripudiantibus.

In hoc igitur tali horto Lamon omnem navabat operam, quò excultum atque politum daret, cùm arida excidendo, tùm palmites adſtringendo pedamentisve alligando. Bacchum floribus coronabat, aquam per canales derivabat. Fons quidam à Daphnide floribus irrigandis inventus, operam quidem floribus dabat, Daphnidis tamen fons appellabatur. Hîc Daphnim hortabatur Lamon, ut pingues nitidasque quàm maximè poſſet, capras redderet, dicens omninò illas herum, non longum poſt tempus adventurum, eſſe viſurum. Bono erat animo Daphnis, utpote laudem caprarum nomine promeriturus; duplo namque quàm ſibi traditus

δείσου τὸ μεσαίτατον ἐπὶ μῆκος καὶ εὖρος ἦν, νεὼς Διονύσου καὶ βωμὸς ἦν· περιεῖχε τὸν μὲν βωμὸν κιττὸς, τὸν νεὼν δὲ κλήματα. Εἶχε δὲ καὶ ἔνδοθεν ὁ νεὼς Διονυσιακὰς γραφὰς, Σεμέλην τίκτουσαν, Ἀριάδνην καθεύδουσαν, Λυκοῦργον δεδεμένον, Πενθέα διαιρούμενον. Ἦσαν καὶ Ἰνδοὶ νικώμενοι, καὶ Τυῤῥηνοὶ μεταμορφούμενοι· πανταχοῦ Σάτυροι, πανταχοῦ Βάκχαι χορεύουσαι· οὐδὲ ὁ Πὰν ἠμέλητο. Ἐκαθέζετο δὲ καὶ αὐτὸς συρίζων ἐπὶ πέτρας, ὅμοιος ἐνδιδόντι κοινὸν μέλος καὶ τοῖς πατοῦσι καὶ ταῖς χορευούσαις.

Τοιοῦτον ὄντα τὸν παράδεισον ὁ Λάμων ἐθεράπευε, τὰ ξηρὰ ἀποτέμνων, τὰ κλήματα ἀναλαμβάνων. Τὸν Διόνυσον ἐστεφάνωσε τοῖς ἄνθεσιν· ὕδωρ ἐπωχέτευσε πηγή τις, ἣν εὗρεν ἐς τὰ ἄνθη Δάφνις. Ἐσχόλαζε μὲν τοῖς ἄνθεσιν ἡ πηγὴ, Δάφνιδος δὲ ὅμως ἐκαλεῖτο πηγή. Παρεκελεύετο δὲ καὶ τῷ Δάφνιδι ὁ Λάμων παίνειν τὰς αἶγας ὡς δυνατὸν μάλιστά που, πάντως κἀκείνας λέγων ὄψεσθαι τὸν δεσπότην ἀφικόμενον διὰ μακροῦ· ὁ δὲ ἐθάῤῥει μὲν, ὡς ἐπαινεθη-

σόμενος ἐπ' αὐταῖς· διπλασίονάς τε γὰρ ὧν ἔλαβεν, ἐποίησε, καὶ λύκος οὐδὲ μίαν ἥρπαζε, καὶ ἦσαν πιότεραι τῶν οἰῶν. Βουλόμενος δὲ προθυμότερον αὐτὸν γενέσθαι πρὸς τὸν γάμον, πᾶσαν θεραπείαν καὶ προθυμίαν προσέφερεν, ἄγων τε αὐτὰς πάνυ ἕωθεν, καὶ ἀπάγων τὸ δειλινόν. Δὶς ἠγεῖτο ἐπὶ ποτὸν, ἀνεζήτει δὲ εὐνομώτατα τῶν χωρίων. Ἐμέλησεν αὐτῷ καὶ σκαφίδων καινῶν, καὶ γαυλῶν πολλῶν, καὶ ταρσῶν μειζόνων. Τοσαύτη δὲ ἦν κηδεμονία, ὥστε καὶ τὰ κέρατα ἤλειφε, καὶ τὰς τρίχας ἐθεράπευε. Πανὸς ἄν τις ἱερὰν ἀγέλην ἔδοξεν ὁρᾶν. Ἐκοινώνει δὲ παντὸς εἰς αὐτὰς καμάτου καὶ ἡ Χλόη· καὶ τῆς ποίμνης παραμελοῦσα, τὸ πλέον ἐκείναις ἐσχόλαζε· ὥστε ἐνόμιζεν ὁ Δάφνις δι' ἐκείνην αὐτὰς φαίνεσθαι καλάς.

Ἐν τούτοις οὖσιν αὐτοῖς, δεύτερος ἄγγελος ἐλθὼν ἐξ ἄστεος ἐκέλευεν ἀποτρυγᾶν τὰς ἀμπέλους ὡς τάχιστα· καὶ αὐτὸς ἔφη παραμένειν ἔστ' ἂν τοὺς βότρυς ποιήσωσι γλεῦκος, εἶτα οὕτως κατελθὼν εἰς τὴν πόλιν, ἄξειν τὸν δεσπότην, ἤδη τῆς

fuerat, capellarum gregem reddiderat auctiorem, neque ullam lupus abſtulerat, & ipſis ovibus obeſiores erant. Cùm autem vellet herum promptiorem eſſe ad nuptias comprobandas, omni ſanè curâ, omni ſtudio & alacritate agebat, ſummo manę illas paſtum educendo, ſerâque veſperâ reducendo. Bis appellebat ad aquam, ſedulò indagans ubi maxima ſuppeteret pabuli copia. Curaverat quoque ut ſibi eſſent ſina nova, mulctrarumque copia, & crates capaciores. Tantam his impendebat curam, ut etiam cornua capellarum inungeret, & pilos ipſos pexos nitidosque efficerę ſtuderet. Putaſſes te Pani ſacrum videre gregem. In partem illius circà gregem caprarum laboris ipſa quoque Chloë veniebat, ſuoque grege neglecto, majori ex parte iis vacabat; adeò ut Daphnis exiſtimaret per illam fieri, quod capellæ tàm pulchræ viderentur.

Hisce intentos alter ab urbe veniens nuncius, vindemiare vites quàm ocyſſimè juſſit, ſeque permanſurum dixit, donec ex uvis muſtum fecerint, & tùm demùm in urbem reverſurum, ut dominum adduceret peractâ autumnali vindemiâ. Hunc igitur Eudromum, (eo enim nomine appellabatur, quia hero ſuo erat à pedibus) excipiebant ſum-

mâ lubentiâ & benignitate, inſimulque uvas è vitibus decerpebant, ad prælа eas conferentes, muſtum condentes in cados, racemos adultos cum palmitibus deſecantes, quò liceret ex urbe venientibus aliquâ frui vindemiæ imagine & voluptate.

Non pauca autem Eudromo, ad civitatem jam regreſſuro, Daphnis dedit dona (ea autem dedit dona quæ à caprario expectari poterant), videlicet caſeos benè compactos, hædum ſerò genitum, pellem albam atque hirſutam capræ, quam hiberno tempore currens indueret. Impensè delectabatur, atque Daphnim oſculabatur ille, promittens ſe aliquid boni de illo dicturum domino. Sic ille abiit benevolo animo; Daphnis autem anxietatis & curarum plenus cum Chloë manebat. Quin & illa magno in metu erat; nempè adoleſcentulus aſſuetus duntaxat videre capras, montes, agricolas & Chloën, tunc primùm viſurus erat herum, cujus ſolum nomen tunc primùm ſando audiebat. Erat igitur ſollicita de Daphnide, quo pacto herum aditurus & compellaturus eſſet, ac

μετοπωρινῆς τρύγης. Τοῦτόν τε οὖν Εὔδρομον, (οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο, ὅτι ἦν αὐτῷ ἔργον τρέχειν), ἐδεξιοῦντο πᾶσαν δεξίωσιν, καὶ ἅμα τὰς ἀμπέλους ἀπετρύγων, τοὺς βότρυς ἐς τὰς ληνοὺς κομίζοντες, τὸ γλεῦκος εἰς τοὺς πίθους φέροντες, τῶν βοτρύων τοὺς ἡβῶντας ἐπὶ κλημάτων ἀφαιροῦντες· ὡς εἴη καὶ τοῖς ἐκ τῆς πόλεως ἐλθοῦσιν ἐν εἰκόνι καὶ ἡδονῇ γενέσθαι τρυγητοῦ.

Μέλλοντος δὲ ἤδη σοβεῖν ἐς ἄστυ τοῦ Εὐδρόμου, καὶ ἄλλα μὲν οὐκ ὀλίγα αὐτῷ Δάφνις ἔδωκεν· (ἔδωκε δὲ καὶ ὅσα ἀπὸ αἰπόλου δῶρα) τυροὺς εὐπαγεῖς, ἔριφον ὀψίγονον, δέρμα αἰγὸς λευκὸν καὶ λάσιον, ὡς ἔχοι χειμῶνος ἐπιβάλλεσθαι τρέχων· ὁ δὲ ἥδετο καὶ ἐφίλει τὸν Δάφνιν, καὶ ἀγαθόν τι ἐρεῖν περὶ αὐτοῦ πρὸς τὸν δεσπότην ἐπηγγέλλετο. Καὶ ὁ μὲν ἀπήει φίλα φρονῶν· ὁ δὲ Δάφνις ἀγωνιῶν τῇ Χλόῃ συνένεμεν. Εἶχε δὲ κἀκείνη πολὺ δέος· μειράκιον γὰρ εἰωθὸς αἶγας βλέπειν, καὶ ὄρος, καὶ γεωργοὺς, καὶ Χλόην, πρῶτον ἔμελλεν ὄψεσθαι δεσπότην, οὗ πρότερον μόνον ἤκουε τὸ ὄνομα. Ὑπέρ τε οὖν τοῦ Δάφνιδος ἐφρόντιζεν, ὅπως ἐντεύξεται τῷ

διαπότῃ, καὶ περὶ τοῦ γάμου τὴν ψυχὴν ἐταράττετο, μὴ μάτην ὀνειροπολοῦσιν αὐτόν. Συνεχῆ μὲν οὖν τὰ φιλήματα, καὶ ὥσπερ συμπεφυκότων αἱ περιβολαί· καὶ τὰ φιλήματα δειλὰ ἦν, καὶ αἱ περιβολαὶ σκυθρωπαί, καθάπερ ἤδη παρόντα τὸν δεσπότην φοβουμένων, ἢ λανθανόντων. Προσγίνεται δέ τις αὐτοῖς καὶ τοιόσδε τάραχος.

Λάμπις τις ἦν ἀγέρωχος βουκόλος. Οὗτος καὶ αὐτὸς ἐμνᾶτο τὴν Χλόην παρὰ τοῦ Δρύαντος, καὶ δῶρα ἤδη πολλὰ ἐδεδώκει σπεύδων τὸν γάμον. Αἰσθόμενος οὖν ὡς, εἰ συγχωρηθείη παρὰ τοῦ δεσπότου, Δάφνις αὐτὴν ἄξεται, τέχνην ἐζήτει δι' ἧς τὸν δεσπότην αὐτοῖς ποιήσειε πικρόν· καὶ εἰδὼς πάνυ αὐτὸν τῷ παραδείσῳ τερπόμενον, ἔγνω τοῦτον, ὅσον οἷός τε ἐστι, διαφθεῖραι καὶ ἀποκοσμῆσαι. Δένδρα μὲν οὖν τέμνων, ἔμελλεν ἁλώσεσθαι διὰ τὸν κτύπον· ἐπεῖχε δὲ τοῖς ἄνθεσιν, ὥστε διαφθεῖραι αὐτά. Νύκτα δὴ φυλάξας, καὶ ὑπερβὰς τὴν αἱμασιάν, τὰ μὲν ἀνώρυξε, τὰ δὲ κατέκλασε, τὰ δὲ κατεπάτησεν ὥσπερ σῦς. Καὶ ὁ μὲν λαθὼν ἀπεληλύθει· Λάμων δὲ τῆς ἐπιούσης

de matrimonio, ne fruſtrà illud ſomniarent. Hinc continua intercedebant ſuavia, mutuique amplexus, haud aliter quàm ſi coaluiſſent. Nec tamen illorum oſcula ſine timore erant, neque amplexus ſine vultu triſti; non ſecùs ac eorum qui herum jam præſentem timerent, vel clàm illo iſta agerent. Verùm talis tumultus illis intervenit.

Lampis quidam erat, bubulcus ferox. Hic in uxorem à Dryante petebat Chloën, urgensque nuptias, multa dono dederat. Intelligens igitur quòd, ſiquidem dominus non reprobaret, Daphnis ipſam ducturus eſſet uxorem, dolos conſuere adgreditur, quibus dominum adversùs eos exacerbaret; quumque non ignoraret magnoperè illum horto delectari, eum, quoad fieri poſſet, vaſtare, ſuâque amœnitate privare decrevit. Cæterùm, ſi arbores cæderet, futurum erat ut deprehenderetur fragore proditus: hinc animum floribus perdendis adjecit. Obſervatâ igitur nocte, tranſgreſſus ſepem, floſculos partìm è radicibus eruit, partìm confregit, partìm inſtar porci pedibus protrivit. Atque ille quidem clàm ſe ſubduxit, ſequenti verò die Lamon ad hortum progreſſus, jam eum aquâ fontanâ irrigaturus erat. Conſpicatusque totum illum locum pervaſtatum, & facinus quale infeſtus latro perpetraſſet, illicò ſuam diſcidit tunicam, & voce

altâ Deos inclamavit, adeò ut Myrtala omiſſis iis quæ in manu habebat, accurreret, pariterque Daphnis, qui capras in paſcua eduxerat, recurreret. Hoc videntes clamabant, & clamantes flebant.

Incassùm quidem lugebant flores; verùm herum expaveſcentes, flebant. Ne peregrinus quidem ſuperveniens à lachrymis temperaſſet; exutus enim omni venere erat locus, reſtabatque tantùm terræ ſolum lutulentum: floſculorum ſi quid effugiſſet injuriam, ſubflorebat, atque fulgebat ſic tamen, & adhuc amœnum erat, etſi jaceret. His denſæ inſidebant apes, & ſuum perpetuò bombum facientes, veluti illos lamentabantur. Lamon autem præ animi conſternatione in hæc verba erumpebat: « Eheu! « roſæ quàm ſunt diffractæ? Heu! violæ quàm « ſunt conculcatæ? Eheu! hyacinthi & narciſſi, « quos homo quis improbus è terra eruit. Ver « adveniet; iſti autem non vernabunt. Orietur æs- « tas; hi autem non vigebunt. Autumnus aderit; « iſti autem neminem coronabunt. Neque verò, ô « domine Bacche, miſerorum horumce florum mi-

παρελθὼν εἰς τὸν κῆπον, ἔμελλεν ὕδωρ αὐτοῖς ἐκ τῆς πηγῆς ἐπάξειν. Ἰδὼν δὲ πᾶν τὸ χωρίον δεδῃωμένον, καὶ ἔργον οἷον ἐχθρὸς λῃστὴς ἐργάσαιτο, κατερρήξατο μὲν εὐθὺς τὸν χιτωνίσκον, βοῇ δὲ μεγάλῃ θεοὺς ἀνεκάλει· ὥστε καὶ ἡ Μυρτάλη τὰ ἐν χερσὶ καταλιποῦσα, ἐξέδραμε, καὶ ὁ Δάφνις ἐλάσας τὰς αἶγας, ἀνέδραμε· καὶ ἰδόντες ἐβόων, καὶ βοῶντες ἐδάκρυον.

Καὶ ἦν μὲν κενὸν πένθος ἀνθῶν, ἀλλ' οἱ μὲν πτούμενοι δεσπότην, ἔκλαον· ἔκλαυσε δ' ἄν τις καὶ ξένος ἐπιστάς· ἀποκεκόσμητο γὰρ ὁ τόπος, καὶ ἦν λοιπὸν πᾶσα ἡ γῆ πηλώδης. Τῶν δὲ εἴ τι διέφυγε τὴν ὕβριν, ὑπήνθει καὶ ἔλαμπε, καὶ ἦν ἔτι καλὸν καὶ κείμενον. Ἐπέκειντο δὲ αὐτοῖς καὶ μέλιτται συνεχεῖς, καὶ ἄπαυστον βομβοῦσαι, καὶ θρηνούσαις ὅμοιον. Ὁ μὲν γὰρ Λάμων ὑπ' ἐκπλήξεως κἀκεῖνα ἔλεγε· « Φεῦ τῆς ῥοδωνιᾶς, ὡς « κατακέκλασται. Φεῦ τῆς ἰωνιᾶς, ὡς πεπάτηται. « Φεῦ τῶν ὑακίνθων καὶ τῶν ναρκίσσων, οὓς ἀνώ« ρυξέ τις πονηρὸς ἄνθρωπος. Ἀφίξεται τὸ ἦρ· « τὰ δὲ οὐκ ἀνθήσει. Ἔσται τὸ θέρος· τὰ δὲ οὐκ

« ἀκμάσει. Μετόπωρον· ἀλλὰ τάδε οὐδένα στεφανώσει. Οὐδὲ σύ, δέσποτα Διόνυσε, τὰ ἄθλια ταῦτα ἠλέησας ἄνθη, οἷς παρῴκεις, καὶ ἔβλεπες, ἀφ' ὧν ἐστεφάνωσά σε πολλάκις; Πῶς δείξω νῦν τὸν παράδεισον τῷ δεσπότῃ; Τίς ἐκεῖνος, θεασάμενος, ἔσται; Κρεμᾷ γέροντα ἄνθρωπον ἐκ μιᾶς πίτυος ὡς Μαρσύαν· τάχα δὲ καὶ Δάφνιν, ὡς τῶν αἰγῶν ταῦτα εἰργασμένων. »

Δάκρυα ἦν ἐπὶ τούτοις θερμότερα· καὶ ἐθρήνουν οὐ τὰ ἄνθη λοιπόν, ἀλλὰ τὰ αὐτῶν σώματα. Ἐθρήνει καὶ Χλόη Δάφνιν εἰ κρεμήσεται, καὶ ηὔχετο μηκέτι ἐλθεῖν τὸν δεσπότην αὐτῶν, καὶ ἡμέρας διήντλει μοχθηράς, ὡς ἤδη Δάφνιν βλέπουσα μαστιγούμενον. Καὶ ἤδη νυκτὸς ἀρχομένης, ὁ Εὔδρομος αὐτοῖς ἀπήγγελλεν, ὅτι ὁ μὲν πρεσβύτερος δεσπότης μεθ' ἡμέρας ἀφίξεται τρεῖς, ὁ δὲ παῖς αὐτοῦ, τῆς ἐπιούσης πρόεισι. Σκέψις οὖν ὑπὲρ τῶν συμβεβηκότων, καὶ κοινωνὸν εἰς τὴν γνώμην τὸν Εὔδρομον παρελάμβανον· ὁ δέ, εὔνους ὢν τῷ Δάφνιδι, παραινεῖ τὸ συμβὰν ὁμολογῆσαι

« ſertus es, juxtà quos habitabas, quosque oculis « uſurpabas, & quibus te ſæpè coronavi? Quâ « fronte hunc hortum hero oſtendam? Quo ani« mo is hæc viſurus eſt? Me ſenem de pino ali« quâ, ut Marſyam, fortè ſuſpendet; forſan etiam « & Daphnim, quaſi nimirùm caprarum facto « hæc acciderint. »

Ob hæc lachrymæ oboriebantur fervidiores; neque deinceps flores, ſed ſemetipſos deflebant. Lugebat ſimul Chloë ſi Daphnis ſuſpendendus foret, & jam optabat ut nunquam ipſorum dominus adveniret, diesque exantlabat acerbas, quaſi jam cerneret Daphnim flagrorum verbera patientem. Cœptâ jam nocte venit nunciatum Eudromus, dominum ſeniorem poſt triduum adfuturum, at gnatum ejus die ſequenti præventurum. Deliberatum igitur fuit de hiſce quæ acciderant, & conſiliis conferendis Eudromum ſocium adhibuerunt; ille benevolo animo proſequens Daphnim, ſuaſit caſum illum priùs aperiret domino juniori, ſeque cauſam adjuturum ſpondebat, ut qui non certè nullo numero apud dominum haberetur, quippè

cujus eſſet collactaneus; exortoque die ita egerunt.

Veniebat Aſtylus equo inſidens, unàque ejus paraſitus, qui & ipſe equo vehebatur. Quorum ille nudius-tertius barbam emittere cœperat; at huic Gnathoni (hoc enim huic nomen erat) jampridem abraſa barba fuerat. Lamon verò unà cum Myrtalâ & Daphnide ad illius genua provolutus, infelicis ut miſereatur ſenis, ſeque innocentem patris iræ eripiat, ſupplex orat, ſimulque illi exponit quæ contigerant omnia. Supplicantis miſertus Aſtylus, hortum ingreditur, & conſpicatus florum excidium, ſeſe dixit ipſe veniam impetraturum à patre, & incuſaturum equos, quòd ibi alligati inſolentiùs laſciviſſent, ſicque alia contriviſſent, alia proculcaſſent, alia ſuffodiſſent, loramentis nimirùm liberati. Ob hæc Lamon & Myrtala omnia ipſi fauſta apprecabantur; Daphnis autem dona inſuper attulit, videlicet hædos, caſeos, aves earumque fœtus, racemos adhuc palmitibus dependentes, poma adhuc in ramis pendentia: inter iſta dona erat & fragrantiſſimum vinum ex Lesbo, potu præſtantiſſimum.

πρότερον τῷ νέῳ δεσπότῃ, καὶ αὐτὸς συμπράξειν ἐπηγγέλλετο, τιμώμενος ὡς ὁμογάλακτος· καὶ ἡμέρας γινομένης, οὕτως ἐποίησαν.

Ἧκε μὲν ὁ Ἄσυλος ἐπὶ ἵππου, καὶ παράσιτος αὐτοῦ, καὶ οὗτος ἐπὶ ἵππου· ὁ μὲν, ἀρτιγένειος· ὁ δὲ Γνάθων (τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο), τὸν πώγωνα ξυρόμενος πάλαι. Ὁ δὲ Λάμων ἅμα τῇ Μυρτάλῃ καὶ τῷ Δάφνιδι, πρὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ καταπεσὼν, ἱκέτευεν οἰκτεῖραι γέροντα ἀτυχῆ, καὶ πατρῴας ὀργῆς ἐξαρπάσαι τὸν οὐδὲν ἀδικήσαντα· ἅμα τε αὐτῷ καταλέγει πάντα. Οἰκτείρει τὴν ἱκεσίαν ὁ Ἄσυλος, καὶ ἐπὶ τὸν παράδεισον ἐλθὼν, καὶ τὴν ἀπώλειαν τῶν ἀνθῶν ἰδὼν, αὐτὸς ἔφη παραιτήσεσθαι τὸν πατέρα, καὶ κατηγορήσειν τῶν ἵππων, ὡς ἐκεῖ δεθέντες ἐξύβρισαν, καὶ τὰ μὲν κατέκλασαν, τὰ δὲ κατεπάτησαν, τὰ δὲ ἀνώρυξαν λυθέντες. Ἐπὶ τούτοις ηὔχοντο μὲν αὐτῷ πάντα τὰ ἀγαθὰ Λάμων καὶ Μυρτάλη· Δάφνις δὲ δῶρα προσεκόμισεν ἐρίφους, τυροὺς, ὄρνιθας, καὶ τὰ ἔκγονα αὐτῶν, βότρυς ἐπὶ κλημάτων, μῆλα δὲ ἐπὶ κλάδων. Ἦν ἐν τοῖς δώροις καὶ ἀνθοσμίας

οἶνος Λέσβιος, ποθῆναι κάλλιστος οἶνος.

Ὁ μὲν δὴ Ἄστυλος ἐπῄνει ταῦτα, καὶ περὶ θήραν εἶχε λαγωῶν, οἷα πλούσιος νεανίσκος, καὶ τρυφῶν ἀεὶ, καὶ ἀφιγμένος εἰς τὸν ἀγρὸν εἰς ἀπόλαυσιν ξένης ἡδονῆς. Ὁ δὲ Γνάθων, οἷα μαθὼν ἐσθίειν ἄνθρωπος καὶ πίνειν εἰς μέθην, καὶ οὐδὲν ἄλλο ὢν ἢ γνάθος, καὶ γαστὴρ, καὶ τὰ ὑπὸ γαστέρα, οὐ παρέργως εἶδε τὸν Δάφνιν τὰ δῶρα κομίσαντα· ἀλλὰ καὶ φύσει παιδεραστὴς ὢν, κάλλος, οἷον οὐδὲ ἐπὶ τῆς πόλεως, εὑρὼν, ἐπιθέσθαι διέγνω τῷ Δάφνιδι, καὶ πείσειν ᾤετο ῥᾳδίως, ὡς αἰπόλον. Γνοὺς δὲ ταῦτα, θήρας μὲν οὐκ ἐκοινώνει τῷ Ἀστύλῳ, κατιὼν δὲ ἵνα ἔνεμεν ὁ Δάφνις, λόγῳ μὲν, τῶν αἰγῶν, τὸ δὲ ἀληθὲς, Δάφνιδος ἐγίνετο θεατής. Μαλθάσσων δὲ αὐτὸν, τάς τε αἶγας ἐπῄνει, καὶ συρίσαι τὸ αἰπολικὸν ἠξίωσε· καὶ ἔφη ταχέως ἐλεύθερον θήσειν, τὸ πᾶν δυνάμενος.

Ὡς δὲ εἶχε χειροήθη, νύκτωρ λοχήσας ἐκ τῆς νομῆς ἐλαύνοντα τὰς αἶγας, πρῶτον μὲν ἐφίλησε προσδραμών· εἶτα ὄπισθεν παρέχειν τοιοῦ-

Equidem Aſtylus collaudabat iſta, eratque aſſiduus in venandis leporibus, utpote opibus abundans juvenis, & luxu nunquàm non diffluens, quique ideò rus venerat, ut novâ voluptate perfrueretur. Gnatho autem, utpote homo unicè edoctus edere & ad ebrietatem uſque ſe ingurgitare, quique, quantus quantus, nihil aliud quàm gula & venter erat, quæque ſunt infrà ventrem, non obiter & perfunctoriè Daphnim ſua dona conferentem contemplatus fuerat; ſed cùm naturâ puerorum amator eſſet, inventâ, qualem in urbe non vidiſſet, formâ, Daphnim adgredi decrevit, ratus hoc facilè illi, utpote homini caprario, ſe perſuaſurum. Hæc cùm conſtituiſſet, venationis non erat cum Aſtylo particeps, ſed deſcendens ad loca ubi paſcebat Daphnis, verbis quidem capras, ſed reverà Daphnim ſpectatum veniebat. Deindè blandis illum deliniens verbis, laudibus efferebat capras, tibiâque ut paſtorale carmen caneret, poſtulabat, addebatque mox ei libertatem impetraturum ſe, qui videlicet nihil non apud Dionyſophanem poſſet.

Ut autem illum manſuetum ſibique morigerum habuit, de nocte inſidiatus capellas è paſtu abducenti, priùs præcurrens, oſcula quædam dedit,

deindè ut more caprarum hircis ſuî copiam facientium, ſibi tergum obvertat, precatur. Hæc cùm ſeriùs animadvertiſſet Daphnis, & dixiſſet, « capras quod ineant hirci, id quidem ſe rectè « habere, ſed hircum nunquàm & nuſquàm gen« tium quem vidiſſe inire hircum, neque arie« tem pro ovibus arietem, neque gallos gallina« rum loco gallos », ibi Gnatho velle vi adigere, manusque injicere. At ille hominem ebrium, ægrèque pedibus inſiſtentem, cubito repulſum humi proſtravit, & veluti catulus aufugiens, jacentem reliquit, viri, non pueri, qui manu deduceret, operâ indigentem. Neque poſteà eum admittebat Daphnis; ſed modò hoc, modò illo loco capras paſcebat, illum certè vitans, Chloënque diligenter ſervans. Neque Gnatho ampliùs illum curiosè obſervabat, cùm intellexiſſet eum non ſolùm formoſum, ſed etiam eſſe robuſtum. Captabat autem occaſionem de eo colloquendi cum Aſtylo, ſperabatque fore ut illum dono habiturus eſſet à juvene multa & præclara largiri volente.

Tamen iſta tunc temporis tractari non potuerunt. Namque adveniebat Dionyſophanes unà cum ſuâ Clearîſtâ; omniaque tumultu & ſtrepitu jumentorum, ſervorum, virorum atque mulierum

τον οἷον αἱ αἶγες τοῖς τράγοις. Τοῦ δὲ βραδέως νοήσαντος, καὶ λέγοντος, « ὡς αἶγας μὲν βαίνειν « τράγους, καλόν· τράγον δὲ οὔπω ποτέ τις εἶδε « βαίνοντα τράγον, οὐδὲ κριὸν ἀντὶ τῶν οἴων, « κριὸν, οὐδὲ ἀλεκτρυόνας ἀντὶ τῶν ἀλεκτορίδων, « ἀλεκτρυόνας », οἷός τε ἦν ὁ Γνάθων βιάζεσθαι, τὰς χεῖρας προσφέρων· ὁ δὲ μεθύοντα ἄνθρωπον καὶ ἑστῶτα μόλις, παρωσάμενος, ἔσφηλεν εἰς τὴν γῆν, καὶ, ὥσπερ σκύλαξ ἀποδραμὼν, κείμενον κατέλιπεν, ἀνδρὸς, οὐ παιδὸς, πρὸς χειραγωγίαν δεόμενον. Οὐκέτι προσίετο ὅλως, ἀλλὰ ἄλλοτε ἄλλῃ τὰς αἶγας ἔνεμεν, ἐκεῖνον μὲν φεύγων, Χλόην δὲ τηρῶν. Οὐδὲ ὁ Γνάθων ἔτι περιειργάζετο, καταμαθὼν ὡς οὐ μόνον καλὸς, ἀλλὰ καὶ ἰσχυρὸς ἐστιν. Ἐπετήρει δὲ καιρὸν διαλεχθῆναι περὶ αὐτοῦ τῷ Ἀστύλῳ, καὶ ἤλπιζε δῶρον αὐτὸν ἕξειν παρὰ τοῦ νεανίσκου πολλὰ καὶ μεγάλα χαρίζεσθαι θέλοντος.

Τότε μὲν οὖν οὐκ ἠδυνήθη· προσῄει γὰρ ὁ Διονυσοφάνης ἅμα τῇ Κλεαρίστῃ· καὶ ἦν θόρυβος πολὺς κτηνῶν, οἰκετῶν, ἀνδρῶν, γυναικῶν·

μετὰ δὲ τοῦτο συνέταττε λόγον καὶ ἐρωτικὸν καὶ μακρόν. Ἦν δὲ ὁ Διονυσοφάνης μεσαιπόλιος μὲν ἤδη, μέγας δὲ καὶ καλὸς, καὶ μειρακίοις ἁμιλλᾶσθαι δυνάμενος· ἀλλὰ καὶ πλούσιος ἐν ὀλίγοις, καὶ χρηστὸς ὡς οὐδεὶς ἕτερος. Οὗτος ἐλθὼν, τῇ πρώτῃ μὲν ἡμέρᾳ θεοῖς ἔθυσεν ὅσοι προεστᾶσιν ἀγροικίας, Δήμητρι, καὶ Διονύσῳ, καὶ Πανὶ, καὶ Νύμφαις, καὶ κοινὸν πᾶσι τοῖς παροῦσιν ἔστησε κρατῆρα· ταῖς δὲ ἄλλαις ἡμέραις ἐπεσκόπει τὰ τοῦ Λάμωνος ἔργα. καὶ ὁρῶν τὰ μὲν πεδία ἐν αὔλαξι, τὰς δὲ ἀμπέλους ἐν κλήμασι, τὸν δὲ παράδεισον ἐν κάλλει, (περὶ γὰρ τῶν ἀνθῶν Ἄστυλος τὴν αἰτίαν ἀνελάμβανεν) ἥδετο περιττῶς, καὶ τὸν Λάμωνα ἐπῄνει, καὶ ἐλεύθερον ἀφήσειν ἐπηγγέλλετο. Κατῆλθε μετὰ ταῦτα καὶ εἰς τὸ αἰπόλιον, τάς τε αἶγας ὀψόμενος καὶ τὸν νέμοντα.

Χλόη μὲν οὖν εἰς τὴν ὕλην ἔφυγεν, ὄχλον τοσοῦτον αἰδεσθεῖσα καὶ φοβηθεῖσα· ὁ δὲ Δάφνις εἱστήκει δέρμα λάσιον αἰγὸς ἐζωσμένος, πήραν νεορραφῆ κατὰ τῶν ὤμων ἐξηρτημένος, κρατῶν ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις, τῇ μὲν, ἀρτιπαγεῖς τυρούς,

ſervebant. Indè autem componere cœpit ſermonem amatorium, eumque prolixum. Erat hic Dionyſophanes ætate ſemicanâ, magnus autem & formoſus, qui nec juveni cederet; quin & dives inter paucos, & in tantùm probus in quantùm nemo alius. Hic, poſt adventum ſuum, primâ die omnibus Diis agri præſidibus ſacra fecit, Cereri, Baccho, Pani, Nymphis, ſtatuitque omnibus quotquot aderant præſentes, cratera communem; reliquis diebus Lamonis inſpexit opera: utque conſpexit campum probè impreſſis ſulcis aratum, vineam palmitibus totam turgidam, hortum eleganter politum (quod namquè flores attinebat, Aſtylus omnem culpam in ſe receperat) impensè delectabatur, atque Lamonem laudibus evehens, inſuper pollicitus eſt ſe eum liberum manu miſſurum. Poſthæc etiam ad caprarum gregem deſcendit, capras caprariumque viſurus.

Igitur Chloë in ſylvam aufugit, tantam turbam reverita. At Daphnis hirſutâ capræ pelle indutus ſubſtitit, ex humeris ſuſpenſam recèns conſutam habens peram, tenens utrâque manu, alterâ nempè recentes caſeolos, alterâ hædulos lactentes. Si quandò Apollo Laomedonti mercede pactâ ſer-

viit, & armenta pavit, talis certè erat qualis tunc viſus eſt Daphnis; qui ſanè ne verbum quidem protulit, ſed rubore ſuffuſus, dejecit oculos humi, muneraque porrexit. Lamon verò: « Hic, inquit, « here, capratum tuarum cuſtos eſt. Tu quidem « quinquaginta mihi tradideras paſcendas, & bi- « nos hircos; hic uſque ad centenas auctas dedit, « & denos hircos. Vides quàm ſint pingues, niti- « dæque, & villis denſæ, cornibusque integræ. » Eas & muſicas reddidit; fiſtulâ namque auditâ ſtatim omnia imperata faciunt.

His dictis aderat & Cleariſta, & ſpecimen ejus quod dictum erat, ſumere cupiens, juſſit Daphnim capellis, ut ſolebat, fiſtulâ canere, inſimul promittens, ſi id feciſſet, ſe eum tunicâ, lænâ & calceis muneraturum. Ille, in theatri modum illis diſpoſitis, ſtans ſub fago, è perâ fiſtulam depromp- ſit. Primùm quidem exilem inflando edidit ſonitum, & ſtatim capellæ ſurrexerunt capitibus erectis; deindè paſtoralem occœpit cantum, atque capellæ capite in terram demiſſo paſcere cœperunt: rurſùs ſuavem & argutum ſonum edidit, & ſimul

τῇ δὲ, ἐρίφους γαλαθηνούς. Εἴ ποτε Ἀπόλλων Λαομέδοντι θητεύων ἐβουκόλησε, τοιόσδε ἦν, οἷος τότε ὤφθη Δάφνις. Αὐτὸς μὲν οὖν εἶπεν οὐδὲν, ἀλλὰ ἐρυθήματος πλησθεὶς, ἔνευσε κάτω, προτείνας τὰ δῶρα· ὁ δὲ Λάμων, « οὗτος, εἶπε, « σοὶ, δέσποτα, τῶν αἰγῶν αἰπόλος. Σὺ μὲν ἐμοὶ « πεντήκοντα νέμειν ἔδωκας, καὶ δύο τράγους· « οὗτος δέ σοι πεποίηκεν ἑκατὸν, καὶ δέκα τρά- « γους. Ὁρᾷς ὡς λιπαραὶ καὶ τὰς τρίχας λάσιαι, « καὶ τὰ κέρατα ἄθραυστοι. Πεποίηκεν αὐτὰς καὶ « μουσικάς· συρίγγος γοῦν ἀκούουσαι ποιοῦσι « πάντα. »

Παροῦσα τοῖς λεγομένοις ἡ Κλεαρίστη, πεῖραν ἐπεθύμησε τοῦ λεχθέντος λαβεῖν, καὶ κελεύει τὸν Δάφνιν ταῖς αἰξὶν οἷον εἴωθε συρίσαι, καὶ ἐπαγγέλλεται συρίσαντι χαρίσασθαι χιτῶνα καὶ χλαῖναν καὶ ὑποδήματα. Ὁ δὲ καθίσας αὐτοὺς ὥσπερ θέατρον, στὰς ὑπὸ τῇ φηγῷ, καὶ ἐκ τῆς πήρας τὴν σύριγγα κομίσας, πρῶτα μὲν ὀλίγον ἐνέπνευσε· καὶ αἱ αἶγες ἔστησαν, τὰς κεφαλὰς ἀράμεναι. Εἶτα ἐνέπνευσε τὸ νόμιον· καὶ αἱ αἶγες ἐνέμοντο, νεύ-

σασαι κάτω. Αὖθις λιγυρὸν ἔδωκε· καὶ ἀθρόαι κατεκλίθησαν. Ἐσύρισέ τι καὶ ὀξὺ μέλος· αἱ δὲ, ὥσπερ λύκου προσιόντος, εἰς τὴν ὕλην κατέφυγον. Μετ' ὀλίγον ἀνακλητικὸν ἐφθέγξατο· καὶ ἐξελθοῦσαι τῆς ὕλης, πλησίον αὐτοῦ τῶν ποδῶν συνέδραμον. Οὐδὲ ἀνθρώπους οἰκέτας εἶδεν ἄν τις οὕτω πειθομένους προστάγματι δεσπότου. Οἵ τε οὖν ἄλλοι πάντες ἐθαύμαζον, καὶ πρὸ πάντων ἡ Κλεαρίστη, καὶ δῶρα ἀποδώσειν ὤμοσε καλῷ τε ὄντι αἰπόλῳ καὶ μουσικῷ· καὶ ἀνελθόντες εἰς τὴν ἔπαυλιν, ἀμφὶ ἄριστον εἶχον, καὶ τῷ Δάφνιδι ἀφ' ὧν ἤσθιον ἔπεμψαν.

Ὁ δὲ μετὰ τῆς Χλόης ἤσθιε, καὶ ἥδετο γευόμενος ἀστικῆς ὀψαρτυσίας, καὶ εὔελπις ἦν τεύξεσθαι τοῦ γάμου, πείσας τοὺς δεσπότας. Ὁ δὲ Γνάθων προσεκκαυθεὶς τοῖς κατὰ τὸ αἰπόλιον γεγενημένοις, καὶ ἀβίωτον νομίζων τὸν βίον, εἰ μὴ τεύξεται Δάφνιδος, περιπατοῦντα τὸν Ἄστυλον ἐν τῷ παραδείσῳ φυλάξας, καὶ ἀναγαγὼν εἰς τὸν τοῦ Διονύσου νεὼν, πόδας καὶ χεῖρας κατεφίλει. Τοῦ δὲ πυνθανομένου, τίνος ἕνεκα ταῦτα δρᾷ,

omnes reclinatæ quieverunt. Tùm quidem acutum inſonuit; & illæ, non ſecùs ac lupo irruente, in ſylvam confugerunt. Paulò poſt receptui ſignum dedit; tùm derepentè ſylvâ egreſſæ propè pedes ipſius circum circà currere omnes cœperunt. Nemo unquam famulos vidit ita dicto audientes hero ſuo. Cæteri itaque omnes demirati fuere, præcipuè verò Cleariſta, quæ promiſſa huic formoſo & muſico caprario dona ſe perſoluturam juravit. Reverſique ad villam prandebant, & Daphnidi quædam de ſuâ misêre, undè edebant, mensâ.

Ille unà cum Chloë hisce epulis fruebatur, delectabaturque guſtando conquiſitiſſimos oppidanorum cibos, inque ſpem erigebatur fore ut, dominis perſuaſis, hasce nuptias conſequeretur. Gnatho autem magis accenſus iis quæ apud capellas acciderant, minimèque vitalem ſibi vitam ducens, ni Daphnide potiretur, Aſtylum in horto inambulantem captavit, & in Bacchi ædem abduxit, ubi ipſius pedes & manus oſculari cœpit. At illo ſciscitante, curnam id faceret, & imperante ut eloqueretur quid rei eſſet, inſuperque adju-

